

LEXICON
BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPÆDICUM

KAŠF AL-ZUNÛN
'AN ASĀMI AL-KUTUB WAL-FUNÛN

BY
HAJJI HALEA MUSTAFA BEN ABDALLAH

VOL. 2

EDITED BY
GUSTAVUS FLUEGEL

DAR SADER PUBLISHERS
P.O. Box 10
BEIRUT

OLIN

Z

7062

K38


1835a

V.2

CORNELL UNIVERSITY LIBRARY



3 1924 109 634 430



HAJI KHALFAE

LEXICON

BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPAEDICUM.

VOL. II.

WALL KHALIF

1870

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

كشف الظنون
عن
اسامى الكتب والفنون

LEXICON
BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPÆDICUM

A

MUSTAFA BEN ABDALLAH

KATIB JELEBI DICTO ET NOMINE HAJI KHALFA CELEBRATO

COMPOSITUM.

AD CODICUM VINDOBONENSIIUM PARISIENSIIUM ET BEROLINENSIS

FIDEM

PRIMUM EDIDIT LATINE VERTIT ET COMMENTARIO INDICIBUSQUE

INSTRUXIT

GUSTAVUS FLUEGEL

SCHOLE REGIE AFRANÆ QUÆ MISENÆ IN SAXONIA FLORET PROFESSOR.

TOMUS SECUNDUS

LITERAS BĀ — JĪM COMPLECTENS.



LEIPZIG:

PUBLISHED FOR THE ORIENTAL TRANSLATION FUND
OF GREAT BRITAIN AND IRELAND;

BY

A. J. VALPY, RED LION COURT, FLEET STREET, LONDON.

M.DCCC.XXXVII.

Printed by J. L. Cox and Son, 75, Great Queen Street,
Lincoln's-Inn Fields.

Abhinc annos tres emisso primo Lexici Bibliographici et Encyclopaedici tomo cum ab eo tempore indefesso studio in opere juste continuando et digne perficiendo perseverarem, saepius et vehementer me optasse fateor, ut viri intelligentes et ab omni partium studio alieni iudicium de libro ejusque editionis institutione interponerent, ut, quae vitiosa admissem, ea in posterum evitarem et rationem ipsam, quam in elaborando libro secutus eram, mutatis mutandis magis fortasse iis commendarem. Nonnulla certe nomina occurrent in hoc secundo tomo, quae aliqua ex parte a modo, quo in primo tomo ea scribenda esse arbitratus sum, recedunt, cum novi fontes, unde in altero volumine componendo haurire contigit, me alia eaque meliora edocerent, et in volvendis libris et manu scriptis et impressis plura se mihi offerrent, quae prioribus potiora substituere suadebant. Ea partim jam huic praefationi subjungenda curavi, partim in commentario et indicibus locupletissimis indicata et emendata invenientur.

Quodsi paucissimi viri docti, quantum scio, ad hunc usque diem libri censuram scribebant, eam potissimum ob causam, quod major exemplorum pars in Angliam transmissa iis distribuebatur, qui prius nomen dederant, et pauca, quae restabant, Lipsiae vendi serius innotuerat, tamen illis etiam viris humanitatis studio, quae vitio verti possint, liberaliter et benigne enunciantibus plura debeo, quibus, ubi mihi in oculos venerunt, in continuanda editione grato sum usus animo. Vellem, ut plura dedissent; major enim inde utilitas in me meumque opus redundasset, quod certe ita comparatum est, ut qui in arabicas literas incumbit, eo facile carere nequeat. Illud vero iterum hic monendum esse censui, ut quod ipsi *Haji Khalfae* vitio dandum sit, id ejus editori

ne perperam et injuste imputetur. Liber multa habet, quae corrigenda esse non solum videntur, sed etiam corrigenda sunt, nec tamen editoris est, verba auctoris, quem edit, ibi corrigere, ubi omnes codices iique optimi in defendenda lectione mire consentiunt, et quo minus vera adest mutandi textus ratio, eo accuratius in adnotatione ad ejusmodi quaestiones erit respondendum. Operi enim extremam manum non accessisse, in limine tomī primi docui et pluribus etiam argumentis clarissime doceri potest, et cum ob ipsam libri naturam nec studium subtilissimum diligentissimumque nec subsidia locupletissima pennam a vitiis immunem praestarent, eo minori jure auctori tribuuntur errores nullo modo evitandi. Quis libros bibliographicos eosque praestantissimos nostro tempore compositos gloriari velit omnium vitiorum expertes esse? At vero opus quaecumque bibliographicum in Mohammedanorum terris de Mohammedanorum libris conscribere, multo difficilius est, cum auctor minime sperare possit, fore, ut bibliothecae vel publicae vel privatae omnia opera contineant in nostro libro laudata. Quod cum ita sit, ut auctor omnes libros commemoratos ipse neque inspexerit neque inspicere potuerit, fides danda fuit aliorum verbis et scriptis, quae multam sane emendandi materiem exhibebant, ideoque liber serius ab alio viro docto novis curis subjiciebatur. At nec hae extremae curae satis erant ad omnia dubia removenda et ea refutanda, quae contra dici possent, ut ex opere ipso et additamentis ex altera libri recensione repetitis et uncis inclusis clarius patet. Antequam tamen ad locum progrediamur, ubi de altera hac editione disserendum erit, plura afferre liceat, quae supra dicta exemplis illustrent. *Ibn Abi Jamrae* (أبن ابى جمره) in libro cognomen (كنية) tribuitur *Ibn Asad* (أبن اسعد), *Ibn Saïd* (أبن سعيد) et *Ibn Sa'd* (أبن سعد), codicibus variis locis in varia scribendi ratione consentientibus, nec editori successit, ex libris et impressis et scriptis, qui virum alto silentio reticent, quid rectius sit, enucleare. Fac tamen, te nomen illud alio loco vel hac vel illa ratione scriptum vidisse, licetne proprio jure

textus verba, quae omnes codices defendunt, eamque ob causam naturam libri ita mutare, ut alienam opinionem substituas, cum tibi persuasum sit, auctorem, quem et ipsum recta nominis scriptio fugerit, loco laudato certissime ita scripsisse? Ita sive *Ibu-eljemáa* sive *Ibu Jemáa*, idque haud dubie rectius, scribitur eodem codicum consensu. Alias legitur بادش, alias بادش, حمادی, حمادی, et quae sunt alia. Idem observandum est de varietate in annorum, quibus viri docti mortui sunt, descriptione conspicienda, cujus rei exemplum ii loci continent, ubi de morte *Ansárii* et *Redhi-ed-dini Ghazzi* sermo est. Quae si nondum sufficiunt ad rationem probandam, quam editor in contextus verbis imprimendis ingressus est, similia hic negligentiae documenta, quae ab auctore vel sonte vel insonte edita sunt, iis addere liceat, quae in prooemio primi tomi proposuimus. Opus ille describit titulo تحفة insignitum, idemque serius نفحة appellavit, unde apparet, eum literas punctis notatas vel confusas reperisse vel ipsum confudisse. Pariter inverso ordine librum جواهر الجمل (nisi الجمل legendum) loco alieno (ef. n. 4298) inseruit.

Alia, quae emendata invenies in hoc tomo posteriori, ejusmodi erant, ut a novis praesidiis proficiscerentur. Sic habes antea فوطى *Futi* scriptum, quod in *Foweti* mutavi, cum فوطى scribendum esse serius edocerer. Eodem modo nomen حلولو bis tantum in hoc opere obvium in codice, de quo statim verba faciam, uno loco حلولو scriptum est, altero حلولو, nec nomen idem alias a me inveniri potuit. Porro عطية modo *Atiya*, ut solet, scripsi, modo *Otayya*, quae forma aliis minus placuit; admisi eam, cum *Cámúsi* auctor (v. c. sub radice سلم) nomen habeat *Ibu Otayya* (ابن عطية) legendum. Utrumque dici patet, ubi alterutrum praeferendum, vix dici poterit. Alia nomina tam varie et dubie exarata sunt, ut verbi causa omnes fere codices et ipsa editio Tabularum *Haji Khalfae* Chronologicarum Constantinopoli impressa (ad annum 389) formam غليون

exhibeant, quam et in editione (n. 2784) haud recusavi, quamvis mihi persuasum sit, rectius غلبون scribi, praesertim cum locus in vitis *Ibn Khallikáni* scriptionem hanc defendat. Omnibus ad hunc diem *Teifáshi* scribere placuit, egypte ipse ita nomen scripsi; contra non sine ratione nunc *Tigáshi* (التبغاشي) scribendum esse jubeo. Nomen مطلب, quod *Motalleb* pronunciarunt, rectius *Mottalib* (مطلب) legi, docet v. c. locus *Cámúsi* in radice بشر et des Vergers (p. 100). Multi viri docti ab urbe Hispaniae بطليوس originem trahentes adjectivo relativo بطليوسي appellantur, quod ejusdem *Cámúsi* auctor vocalibus بطليوسي notavit, cum in codicibus modo بطليوسي, modo بطليوسي scriptum esse vidimus, unde intelliges, non unam tantum auctoritatem audiendam et admittendam, nec statim eam rationem, quam in nominibus propriis scribendis sequendam censui, rejiciendam esse, cum in hac saltem parte omnem, quam potui, curam posuerim. Nec vero, licet persaepe totum diem in quaerenda justa unius nominis scriptione magno taedio consumserim, semper contigit quaesita investigare, neve me hic immunitatem ab omnibus vitiis arrogare voluisse in animum inducas, sed id tantum monere te volui, ut, quantum in me fuit, me studuisse persuasum habeas, ut, quae dixi, omnia ad veritatem adducerem. Pauca hic tantum attuli, quae in rem meam faciunt, plura reticui.

Jam de fonte loquar, unde multa hausi et in posterum hauriam, quae praecedentibus vel novam auctoritatem addunt, vel alia aliter intelligenda et rectius scribenda esse docent; de codice enim loquor, quem quidem in praefatione ad primum tomum laudare, nec tamen inspicere licuit, d'Ohssonianum dico, quo jam Cl. Hamaker commodissime et felicissime usus est. Etenim ut compertum habui, virum praeclarissimum Baronem d'Ohsson, legatum quondam regis Sueciae ad regiam Batavorum aulam, eodem nunc munere fungi ad aulam Berolinensem et Dresdensem, ad tempus certum ut codicem illum mecum benigne communicaret, ei scripsi. Preces ille non solum humanissime admisit, sed codicem etiam

Lugduno Batavorum accessivit, ubi in manibus Cl. *Weyersi* erat, qui catalogum manuscriptorum bibliothecae Lugduno-Batavae orientalium, cujus specimen Hamaker emiserat, continuandum et absolvendum in se suscepit. Loca, quae Cl. Hamaker in Specimine ex illo codice petierat, jubebant, ut eum in optimis exemplis numerandum esse recte judicaretur, nec me opinionem fefellisse, quovis die clarius perspicio. *D' Ohsson*o, viro summe venerando ut gratias maximas hic agam, non modo liberalitas ejus et urbanitas in universum impellit, sed potissimum ratio ipsa, qua se liberalem et benignum in me praestitit. Codex par judicandus est in priore quidem parte ei, quem B. nominavi et in tomi primi prooemio fusius descripsi; attamen in ultimis tantum hujus voluminis paginis eo sum usus, nec comparationem ipsam absolvi. Mire quidem, quantum vidi, ab initio cum Codice illo Academiae Vindobonensis, qui optimae notae est, congruit, librarius autem sive librarii (nam particula libri media alia manu scripta est) in posteriore parte alium codicem atque in priore secuti esse recte dicuntur. Ibi enim a textu codicum Vindobonensium et Parisinorum ita discrepat, ut ejus recensio plane alia esse, eaque propius ad Berolinensem istum, quem minime praedicandum esse existimavi, accedere videatur; de qua re serius, natura libri tota diligentius examinata, disputabimus. — Habet haec in fine: قد وقع الفراغ من تحرير هذا الكتاب بعون الملك الوهاب على يد الغريب الضعيف المحتاج الى رحمة ربه اللطيف محمد [بن] سعيد الخليلي مفتي الشافعية سابقا بالقدس الشريف وذلك في يوم السابع والعشرين من شهر رجب المعظم سنة اثنين وسبعين ومائة والى والحمد لله على التمام والكمال والصلاة والسلام على سيد الانام وعلى الكرام unde apparèt, codicem a *Mohammed [Ben] Saïd Khalili* quondam sectae Shafiticae Hierosolymitanae Mufti accurate descriptum scriptionemque die vicesimo septimo mensis Rejeb anni 1172 (i. e. mense Novembri anni 1758) absolutam esse.

Practerea intra hos duos annos tres Lexici nostri codices in Europam advectos esse, fama et literis ad me perlatum est. Eorum primus et fortasse praestantissimus est ille, quem bibliotheca Parisiensis tomo primo a nobis saepius laudata comparavit, ut Cl. Reinaud, conservator manuseriptorum orientalium bibliothecae regiae adjunctus et Academiae Inscriptionum membrum, officiose et amicissime mecum verbis communicavit his: Paris ce 28 août 1835. La bibliothèque royale vient d'acquérir un nouvel exemplaire du dictionnaire bibliographique de *Hadji-Khalfa*, qui présente de grands avantages sur les autres exemplaires de la bibliothèque. C'est une nouvelle édition du travail primitif de *Hadji-Khalfa*, corrigée et augmentée par عربدهجی پاشی ابرهیم افندی, lequel mourut en 1190 de l'hégire (1786 Chr.). Non seulement les dates laissées en blanc se trouvent ici remplies, mais on y remarque un certain nombre d'articles nouveaux. La copie du reste est extrêmement belle.“

Nondum omnem spem ante hos paucos menses abjeceram, fore ut hunc quoque codicem brevi tempore accurate possem examinare; attamen morte de *Sacyi* praeceptoris dilectissimi, qui novissimas literas amoris plenas ad me dederat, spes illa quodammodo ad irritum cecidisse vel saltem differenda esse videtur. Quae tamen potest, num ille novam i. e. tertiam editionem sive recensionem libri nostri contineat, at eum ceteris codicibus Parisinis longe praeferendum esse vix dubitaverim, cum illi fere omnes pravioris sint notae; atque ita editio haec vel propria est et sui juris, vel hic *Arabji Pushi* nullo alio modo de nostro auctore meruit, ac *Mohammed Mufti* ad finem codicis d'Ohssoniani laudatus. Vindobonensis B pariter ac d'Ohssonianus, quem siglo d'O insigniam, multis locis numeros annorum in aliis iisque antiquioribus codicibus omissos et in mea editione uncis inclusos suppleverunt, plura autem quae supplenda essent, hodie adhuc desiderantur. Quodsi *Arabji*, qui anno praecedentis seculi octogesimo sexto mortuus esse traditur, ideoque facile recensionem omnium recentissimam et fortasse diligentissimam edere potuit,

partes a ceteris editoribus relictas explevisset, sane liber ejus omnium jure haberetur pretiosissimus.

Alterum exemplum, quod hoc tempore ex Aegypto, ut videtur, Parisios allatum est, in literis attingitur a. V. D. Fresnel de historia Arabum ante Islamismum editis (pag. 84) his verbis: „Je (Fulgentius Fresnel) possède aujourd'hui un fort bel exemplaire de dictionnaire bibliographique de Hagg-Khalifèh.“ Studui codicem penitus cognoscere, ad primas tamen literas ea de re ad Cl. Siiv. de Sacy missas responsum mihi est, Fresnel jam in Aegyptum reversum esse ibique remanere. Tertium denique dixi intra hos duos annos mihi innotuisse Lexici Bibliographici apographum. Asservatur illud in bibliotheca Oxoniensi, et Pusey, qui de eo nuperrime (vide Catalogi Codd. Mss. Orientalium bibliothecae Bodlejanae partem secundam et Kosegarten in Ephemer. critic. Halensibus n. 182. 1837) disputavit, disertis verbis hunc quoque librum dicit plura continere, quam quae in aliis exemplis legantur. Nec vero dubium esse videtur, quin codex eandem recensioem sequatur, quam nosmet ipsi edere incepimus.

Ut documentum lectori proponamus, qualia interdum supplementa sint novarum Lexici recensioem, locum hic adscribamus, qui in solis codicibus B et d'O ad num. 3994. legitur, et specimen sit consilio huc reservatum: قلت قال العلامة ابن حجر العسقلاني في تاريخه المسمى بالانبياء: فضل الله بن ابي محمد التبريزي احد المتكشفين من المبتدعة كان من الاتحادية ثم ابتدع النحلة التي عرفت بالحروفية فرغم ان الحروف غير الادميين الى خرافات كثيرة لا اصل لها ودعي الامير تيمور الاعرج الى بدعته فاراد قتله فبلغ ذلك ولده لانه مر مستجيرا به ف ضرب عنقه بيده فبلغ ذلك التيمور فاستدعي برأسه „Vir doctissimus Ibn Hajr in historia *Inbá* inscripta narrat haec: *Fadhllallah*

Ben Abi Mohammed Tebrízi unus eorum inter novarum rerum studiosos fuit, qui tunc victu et sordido amictu contenti impietatem profitebantur. Tum sectae novae auctor exstitit nomine *Hornfiye* cognitae, literas mutatos homines esse statuens, et quae sunt multae aliae fabulae omni auctoritate carentes. Idem cum Timur claudum Emirum ad amplectendam suam disciplinam novam invitasset, hic eum interficere voluit. Quo audito filius, qui se ad illum recipiens accesserat, ejus collum manu sua amputavit. Quod cum Timur percepisset, eum cum capite et cadavere advocavit et utrumque comburi jussit anno 804 (inc. 11. Aug. 1401). — Attamen ejusmodi additamenta explicationis caussa adjuncta satis rara esse et in his codicibus recentius revisis, ex ipsa editione elucebit, cui, quicquid ibi legebatur, excepto hoc solo loco ingestum est.

Occasione oblata alium quoque locum tangamus. Nuperrime *) explicationem legimus vocis قیافة certum physiognomices (فراصة) genus significantis. Ea ars esse dicebatur ex externa hominis forma res secretas et futuras, quae illum spectent, praesagiendi, et generaliori etiam sensu legi, ut in *Haji Khalfa* (ed. Flügel. I, 34. lin. 10.), ubi verba قیافة البشر non perspicue per „genealogia membrorum“ sint reddita. Mittamus haec, quae haud satis judicato enunciata sunt, et afferamus testes, quos in illo loco transferendo secuti sumus, locupletissimos. *Táshköprizádeh* et qui eum repetit *Haji Khalfa* vocem فراصة ita explicant: علم يتعرف فيه أخلاق الناس من أحواله الظاهرة من الألوان والأشكال والأعضاء وبالجملة الاستدلال بالخلق الظاهر على الخلق الباطن i. e. Physiognomice ea est ars, qua mores hominum ex affectionibus eorum externis, quales sunt colores, figurae, membra, cognoscuntur, et, ut brevius dicam, ars e natura externa de interna conjecturam faciendi. — Hunc sensum generalem esse, quis est qui neget? Physiognomice (فراصة) vero partem specialem physicae esse (من فروع العلم الطبيعي), encyclopaedistae Arabum omnes plane ac diserte

*) Repertor. No. XXII. 1837. pag. 282. sq.

statuunt. Vides, externam membrorum figuram partem tantum esse earum rerum, de quibus natura hominis interna judicari posse traditur. Jam loco illo *علم الغيافة* minime generali sensu dici, sed speciali illo, quo vox *قائف* in *Tarifát* exposita est, significatio huic voci a *Haji Khalfa* tributa demonstrabit ita concepta: *علم الغيافة علم باحث عن كيفية الاستدلال ببيئات اعضاء الشخصين الى كون المشاركة والاتحاد* „*Ilm el-ckiyáfet* ea est scientia, quae de ratione quaerit, qua ex formis membrorum duarum personarum judicatur, has genealogiam, originem et alias qualitates omnes in partes communes habere,“ unde patet, vocem non ita obscure, quanquam ex ipsa loci natura breviter redditam esse. — Sed de his similibusque rebus, quas hic eam ob causam tanti fecimus, quod, quid proprie significet *فراصة*, et quomodo vox a *قائف* et *علم الغيافة* distinguenda sit, demonstrare voluimus, jam ad alia pergamus.

At calcem quasi cum sit decursum, iis, quae huic et tomo primo praefati sumus, addimus indicem corrigendorum, quorum alia sunt falsa, alia typhothetae vitio perperam impressa, alia sub prelo mutilata et fracta. Hoc ultimum vitiorum genus, quanquam minimi sit momenti, eo diligentius hic est describendum, quo studiosius dupliciter de nostro libro meriti esse videri volumus. Etenim qua ratione editiones textuum *recognitae* adornandae et emittendae sint, ut scis, Redslobius impigerrimus ille linguarum orientalium minister Lipsiensis nuperrime docuit *). Textum *recognitum* recensionis meae Coranicae se dedisse non solum coram aliis gloriatur, sed id ipsum audacius et imprudentius titulo libri ex mea editione praeter fas repetiti addi sedulo curavit, una textus mei litera (و, loco) mutata **), quam falso expressam fuisse sagacitate scrutatoris

*) Nihil aliud enim fecit, nisi quod me in scio totum Coranum ne una quidem lineola mutata, quae recognitionis spe-

cimen edat, ex mea recensione iterum exprimi curavit.

**) In censura (Repert. XX. pag. 49. 1837),

acutissimi sane edocendi fuimus. Haud dubie interim et suum examinavit librum sibi que persuasit, numerum literarum deformatarum et signorum diacriticorum mutilorum et omissorum ibi haud ita parvum esse, ut tertius nescio quis jure hanc quoque editionem possit repetere, dummodo in titulo scribat „Coranus arabice. Recensionis Flügelianae textum, quem Redslob recognitum iterum exprimi curavit, tertio recognovit“ i. e. vocalibus et signis prelo vitiatis, quae in Redslobiana quae dicitur recognitione mutila erant, nova addi curavit. Quam acriter (alii dicunt „rustice“) hanc suam agendi rationem defendere sciat, serius, postquam in *Ephemer. Lips. politicis* studia ejus et labores haud infacete indicavi, responso docuit eodem loco ad me dato, quo nihil facetius, elegantius et, si licet, plagiario dignius cogitari potest.


Jam vero nimium dixi de re, quam non tetigissem, nisi virorum doctorum interesset scire, quae ratio inter meam Corani editionem et librum a Redslobio ex illa sine ulla recognitione repetitum intercedat, nec quidquam aliud his verbis spectavimus, quam ut Redslobium, quem summae esse humanitatis experti sumus, auctoribus et librariis ardentissime commendemus, quippe qui aliorum libros exquisitissima diligentia et pari fide exscribere excudereque mire calleat, et hujus artis Herculeae documentum ediderit luculentissimum.

Scripsi Misenaë, Cal. April. A. MDCCCXXXVIII.

Gustavus Fluegel.

quam apologiam Redslobii esse volebant, hanc literam unicam esse in

mea editione tyopthetæ vitio perperam expressam, negari non poterat.



QUAE IN PRIMO TOMO LECTORI BENEVOLO COMMENDAMUS
EMENDATIONE DIGNA, HABEMUS HAEC:

Pag. Lin. 1)	Pag. Lin.
31. '1. pro <i>Esseadet</i> l. <i>el-seadet</i> .	187. 8. pro <i>٢٢٢</i> l. <i>٢٢٣</i> .
32. 6. - على سبع دوحات l. على سبعة دوحات.	'16. - 242 (inc. 10. Mai. 856) l. 243 (inc. 30. Apr. 857).
33. 1. - علم التصريف l. علم انتصريف.	188. 5. - بالاحتفال alii بالاختفال.
36. 5. - مواثيت (ubi punctum prelo fractum excidit) l. مواثيت.	'15. - <i>Yahsibi</i> s. <i>Yahsebi</i> , utrumque rectum.
38. 2. 9. 179, 3. - رواية l. رَوَاة.	195. 4. - <i>٢١٣</i> l. <i>٢١٤</i> .
80. '18. - <i>Rebiae</i> l. <i>Ribiae</i> .	'8. - 263 (inc. 24. Sept. 876) l. 276 (inc. 6. Mai. 889).
105. '5. - <i>Sibowaihi</i> l. <i>Sibaweihî</i> .	200. 2. - السمعاني l. ابن السمعاني.
140. 7. - الفوراني l. الغوراني.	'2. - <i>Ibn-elsem'ani</i> l. <i>Sem'ani</i> .
'13. - <i>Ghaurani</i> l. <i>Yurani</i> (teste cod. d' Ohs-son.).	205. '8. - <i>Akhûc</i> l. <i>El-Akhûc</i> .
144. '2. 352, 6. - <i>Fetâwa</i> l. <i>Fetâwi</i> .	211. '7. - <i>Kemâl Pasha</i> l. <i>Kemâlpasha</i> .
149. '14. - <i>Dimeshki</i> l. <i>Dimeshki</i> .	213. 10. 327, 8. <i>٢١٧</i> al. <i>٢١٤</i> rectius.
154. '8. - <i>Bakiyet</i> l. <i>Backiyet</i> .	'20. - 267 al. 276.
155. 2. - رأكبة l. ربيعة (cf. n. 3074).	219. 2. - <i>٢١٣</i> al. <i>٢١٤</i> .
'7. - 762 (inc. 11. Nov. 1360) l. 763 (inc. 31. Oct. 1361) — cf. n. 782.	'3. - 412 al. 418.
'8. - <i>Radhi-ed-dîn</i> l. <i>Redhî-ed-dîn</i> .	222. 7. - <i>٢٧</i> al. <i>٢٧١</i> .
157. '4. - <i>Juz</i> l. <i>Joz</i> .	'9. - 270 al. 276.
'6. - <i>Juz Luyen</i> l. <i>Joz Lowen</i> .	231. '6. 343, 12. - Tom. II, 108, 2. - <i>Naim</i> l. <i>Nocim</i> .
161. 6. - الحظيري l. الخطيري.	232. '19. - <i>Birgeli</i> l. <i>Birgili</i> .
'9. - <i>Khatiri</i> l. <i>Hatzîri</i> .	246. '4. - <i>Abu'zar'a</i> l. <i>Abu Zar'a</i> .
167. 3. - <i>٢١٣</i> l. <i>٢١٤</i> .	249. '17. - <i>Abu'isa'ud</i> l. <i>Abu'Isoud</i> .
'4. - 603 (inc. 8. Aug. 1206) l. 630 (inc. 18. Oct. 1232).	250. '9. - <i>Keshûf</i> l. <i>Keshshûf</i> .
'3. 172, 5. - <i>Abu'fatah</i> l. <i>Abu'fat'h</i> . 209, 6. 244, 11. - <i>Abu'fath</i> l. <i>Abu'fat'h</i> .	255. 11. - سليمان al. سليمان.
172. 7. - <i>vff</i> l. <i>vvf</i> .	'20. - <i>Soleimân</i> al. <i>Selmûn</i> .
'11. - 744 (inc. 26. Mai. 1343) l. 774 (inc. 3. Jul. 1372).	276. '11. - 308, 12. - 328, 11. - 357, 14. - <i>Akberi</i> l. <i>Okberi</i> .
173. 3. - خلف al. خلف.	277. '7. - <i>Hamida</i> l. <i>Homeida</i> .
'5. - <i>Half</i> al. <i>Khalf</i> .	283. 2. - عبد الله l. عبيد الله.
'16. - <i>Jassûs</i> l. <i>Jessûs</i> .	'4. - <i>Obeidallah</i> l. <i>Abdallah</i> .
175. '7. - <i>Ibn-kayim el-jauziya</i> l. <i>Ibn Cayyim el-jauziyet</i> .	286. '1. - <i>Emiro Sultân Soleimân</i> l. <i>Emiro Sultân</i> 2).
179. '10. - <i>rowâat</i> l. <i>rowât</i> .	303. '11. - <i>Kemmunit</i> l. <i>Kemmûna</i> .
186. 1. - اخبار l. اخبار.	307. 7. - الكعبة والنبييت l. الكعبة البيت? cf. n. 2317.
	308. 2. - سليم al. السليم.
	'4. - <i>Selim</i> al. <i>Soleim</i> .


1) Numeri, quibus asteriscum praeponimus, lineas indicant translationis latinae.


2) v. Hammer Geschichte der Osman. Dichtkunst I, 89. habet *Selmûn* سليمان l. *Soleimân* (سليمان).

Pag. Lin.		Pag. Lin.	
308. '11.	pro <i>Abu'lbecká</i> l. <i>Abu'lbecá</i> .	386. 4.	pro [ف.] cf. n. 1846 et 1251.
311. 4.	- <i>تيمرتاش</i> l. <i>تيمرتاشي</i> Timurtash?	392. '8.	- <i>Háic</i> l. <i>Iláik</i> .
318. 6.	- $\sqrt{13}$ al. $\sqrt{14}$.	417. 6.	- $\sqrt{18}$ al. $\sqrt{19}$.
327. '13.	- 371, 20. - <i>Saháih</i> l. <i>Siháih</i> .	'13.	- <i>El-Irácki</i> , absolvit l. <i>El-Irácki</i> absolvit.
—	- <i>Jauharí</i> l. <i>Jauherí</i> .	427. '2.	- poetiarum l. poetriae.
342. 5.	- <i>المبارك</i> al. <i>مبارك</i> .	433. 7.	- [ف.] al. $\sqrt{1}$ cf. n. 97.
348. '1.	- <i>Fálhít</i> al. <i>Fólheit</i> .	434. '4.	- <i>Amánet</i> l. <i>El-Amánet</i> .
349. '8.	- <i>Abu Hanífac</i> , quaesita l. <i>Abu Haní-</i> <i>fac</i> quaesita.	436. '17.	- 416 (inc. 4. Mart. 1025) l. 412 (inc. 17. Apr. 1021).
'10.	- <i>Rocini</i> , <i>Hanefta</i> l. <i>Rocini Hanefta</i> .	443. 9.	- <i>سلام</i> l. <i>سلامة</i> cf. n. 1232.
355. '14. 16. 18.	- <i>Iluyyán</i> l. <i>Hayyán</i> .	'18.	- <i>Selám</i> l. <i>Selúma</i> .
363. '17 et alias	- <i>wafiyát</i> l. <i>wefayát</i> .	447. 2.	- $\sqrt{1}$ l. $\sqrt{1}$ cf. 4343.
365. 4.	- <i>عبد الرحمن</i> al. <i>علي بن عبد الرحمن</i> <i>بن علي</i> .	'4.	- 790 (inc. 11. Jun. 1309) l. 809 (inc. 18. Jun. 1406).
8.	- <i>حسين</i> al. <i>حزمة</i> .	490. 11.	- <i>خطيب</i> al. <i>خطيب</i> cf. p. 411. l. 11.
367. 7.	- <i>ناقيا</i> l. <i>باتيا</i> .	'19.	- <i>Ben-elkhatib</i> l. <i>Ben Khatib</i> .
'13.	- <i>Backiyá</i> l. <i>Nackiyá</i> .	499. 10.	- <i>قراغلي</i> l. <i>قراغلي</i> .
9.	- 437, 6 - <i>المسحى</i> l. <i>المسحى</i> .	'16.	- <i>Cara'ughli</i> l. <i>Chisughli</i> .
'14.	- 437, 11 - <i>Mesihí</i> l. <i>Mosabbihí</i> .	519. 4.	- [fif] al. $\sqrt{18}$.
		520. '3.	- <i>Elif</i> l. <i>Elif</i> .

IN TOMO SECUNDO HAEC ENOTAVIMUS CORRIGENDA:

Pag. Lin.		Pag. Lin.	
5. 11.	pro <i>ابن الطيب</i> l. <i>ابن الطيب</i> ?	191. '16. 17.	- <i>Balchini</i> l. <i>Bolkeini</i> .
10.	- 138, 10. - <i>ابن المقفع</i> l. <i>ابن المقفع</i> .	236. '10.	- <i>Ibn Dahr</i> l. <i>Abu Bahr</i> .
'19.	- 138, 18. - <i>Ibn-elmocanna</i> l. <i>Ibn-</i> <i>elmocanna</i> .	313. 9.	- <i>بالفركاج</i> l. <i>بالفركاج</i> .
38. '5.	- 137, 2. - <i>Abd-el-melek</i> l. <i>Abd-el-</i> <i>melik</i> .	321. 3.	- <i>التونيق</i> l. <i>التونيق</i> .
'21.	- <i>Jelebi</i> l. <i>Halebi</i> .	'4.	- <i>Taufic</i> l. <i>Taukif</i> .
90. '10.	- <i>Otayya</i> l. <i>Atiya</i> .	345. '14. 15.	- <i>Jamret</i> l. <i>Jamra</i> .
101. 9.	- <i>ثلثة</i> l. <i>ثلاث</i> .	404. '7.	- <i>Zuzeni</i> l. <i>Zewzeni</i> .
'12.	- <i>potitum</i> l. <i>potiturum</i> .	411. 9.	- $\sqrt{18}$ al. $\sqrt{18}$.
'16.	- qui per tres — digessit l. <i>ejus ter-</i> <i>tia circiter pars nomine Mo-</i> <i>caldemet innotuit, et separatim</i> <i>etiam edita est.</i>	'16.	- 980 (inc. 14. Mai. 1572) al. 984 (inc. 31. Mart. 1576).
133. 1.	- <i>الستية</i> l. <i>الستية</i> .	416. '16.	- <i>Ibn-elfuti</i> l. <i>Ibn-elfoweti</i> .
1.	- <i>El-Sitta</i> l. <i>El-Seniyet</i> .	451. '10.	- <i>Holulu</i> al. <i>Hallulu</i> .
		492. '3.	- tres l. trium.
		619. '9.	- 623, 2. - 627, 14. - <i>Fatih</i> l. <i>Fotuh</i> .





باب الباء الموحدة

- ١٥٩١ بابوس في ترجمة انقاموس يأتي في انقاف ١٥٩٧ الباحة في علمي الحساب والمساحة
منظومة في الرجز للشيخ برهان الدين ابراهيم بن عمر البقاعي المتوفى سنة ٨١٥ قر شرحها
مزجاً وسماه الاباحة ١٥٩٨ الباحة في السباحة رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن
5 ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ ١٥٩٩ البارع في اقطاع الشارع رسالته لسيوطي ايضاً
١٦٠٠ البارع في غريب الحديث للشيخ ابي علي اسمعيل بن انقاسم اللغوي اتقاني المتوفى
سنة ٣٥٩ ١٦٠١ البارع في اللغة للشيخ ابي طالب مفتعل ابن سلمة [بن همام] اللغوي
[الآخذ عن ابن السكيت وتعلب] المتوفى سنة ١٦٠٢ البارع اندخل الى احكام اندجوم لاني

LIBRI QUORUM TITULI A LITERA BA INCIPIUNT.

1596. Babús fi tarjemet El-Camús, infans lactens. Interpretatio turcica Camúsi, de quo litera Cáf videatur. — 1597. El-Báhét fi ilmei el-hisáb we el-misáhét, atrium. Poëma metro Rejez de doctrinis arithmeticae et geodaesiae a Sheikh Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becáï, qui anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) obiit, compositum. Postea illud commentatus est ita, ut textum admisceret, commentariumque inscripsit *El-Ibáhét*. — 1598. El-Báhét fi el-sibáhét, atrium. Tractatus de natatione, auctore Sheikh Jelúl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr 5 *Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1599. El-Bári' fi ictá' el-shári', liber excellens. Tractatus de feudo per legis latorem conferendo, auctore eodem *Soyúti*. — 1600. El-Bári' fi gharíb el-hedíth, liber excellens de dictionibus rarioribus in traditionibus obviis, auctore Sheikh Abu Ali Ismaíl Ben-el-cásim El-Cáli Lexicologo, anno 356 (inc. 17. Dec. 966) mortuo. — 1601. El-Bári' fi el-loghat, liber excellens lexicologicus, auctore Sheikh Abu Tálíb Mofadhdhíl Ibn Salama [Ben Asim] Lexicologo [et discipulo Ibn Sikkítí et Thalebi], anno . . . mortuo. — 1602. El-Bári' El-Mudkhil ila ahkám el-nojúm, liber excellens aditum

نصر الحسن بن علي المنجم وهو مختصر على خمس مقالات وأربعة وستين فصلاً أوله الحمد لله
 الذي فطر العباد على معرفته الخ ١٩٣ البارغ في أحكام النجوم للشيخ علي بن أبي
 الرجال الشيباني الكاتب وهو كتاب كبير مشهور معتبر أوله الحمد لله الواحد انقبأ الخ جمع
 فيه معاني علم النجوم وغرائب أسرارها من كتب علماءها وأصناف أئمة ما انتخبه فكرته وأثبت
 عليه تجربته فذكر البروج وطبائعها والكواكب وأحوالها ثم المسائل ثم المواليد ثم تحويل 5
 سنى المواليد مع الاختيارات ثم تحويل سنى العالم في جزء فيكون جميع ذلك ثمانية أجزاء
 ثم فحصة الشيبان أحمد بن ترميغا وسماه البرق الساطع ورتب على مقدمة ومقارنة وخاتمة
 أوله الحمد لله على ما علمنا من العلوم الخ ١٩٤ البارغ في شعراء المولدين
 ليارون بن علي المنجم المتوفى سنة ٢٨١ جمع فيه مائة واحدا وستين شاعراً
 وافتتح بذكر بشار وختم بمحمد بن عبد الملك واختار فيه من شعر كل 10

astrologiae judiciarie patefaciens, auctore *Abu Nasr Hasan Ben Ali* Astronomo.
 Compendium in quinque dissertationes et sexaginta quatuor sectiones dispositum, quod
 incipit ita: Laus Deo, qui homines cognitioni suae convenienter creavit etc. —
 1603. *El-Bári' fi ahkám el-nojúm*, liber excellens de astrologia judiciaria,
 auctore *Sheikh Ali Ben Abi'trijál Sheibáni* Scriba. Opus magnum, celebratum et
 fide dignum, quod incipit ita: Laus Deo unico, victori omnipotenti etc. Auctor in
 eo abditos astrologiae judiciarie sensus ejusque arcanorum miracula ex scriptis virorum
 harum rerum peritorum collegit et iis addidit, quae meditatio ipsi prae ceteris
 5 supeditaverat et experientia propria comprobaverat. Commemorat autem Zodiaci signa
 et eorum qualitates naturales, stellas earumque affectiones, deinde quaestiones seu
 notitiam variarum rerum fortuitarum et occultarum ex astris petendam, nativitates,
 conversionem annorum nativitatum simul cum electione horarum superstitiosa, et ad
 finem in parte singulari conversionem annorum mundi, ita ut totum octo partibus
 comprehenderetur. Postea *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Tamarbogha* potiora operis
 selegit, epitomenque in praefationem, dissertationem et conclusionem digestam et a
 verbis incipientem: Laus Deo pro doctrinis, quas nos docuit etc., inscripsit *El-Barc
 El-Sáti'*. — 1604. *El-Bári fi shoará el-mowalle din*, liber excellens de poetis
 recentioribus. *Harún Ben Ali* Astronomus, qui anno 288 (inc. 26. Dec. 900) obiit,
 10 in hoc libro centum sexaginta unum poetam collegit, et a mentione *Beshshári* initio
 facto in *Mohammede Ben Abd-el-melek* substituit. Flosculos quoque e singulorum

واحد عيونه فصار مغنياً عن دواوين الجماعة الذين ذكرهم وهو الاصل الذي نسجوا على منواله وكتاب البيهيمه والفريدة وزينة الدهر والدمية فروع عليه وذكر أنه مختصر من كتاب ألفه قبله في هذا الفن وكان طويلاً فحذف منه اشياء ذكره ابن خلكان ١٤٥ بارق في قطع يد السارق للشيوخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ١١١٠ رسالة 5 كتبها لما سرق بعض المعاصرين له كتاباً ونسبه لنفسه ولم يكن عنده غيره فأنفه لتبين ذلك ١٤٦ بارق ارميناس وهو لفظ يوناني معناه العبارة في المنطق للحكيم الفيلسوف ارسطوطاليس المعلم الاول ونقله حنين الى السرياني واسحق الى العبري ثم فسر جماعة منهم اسكندر الافروديسي ولم يوجد ما فسرّه ويجيبى المنحوى وامليخس وفرغوريوس واصطفن وهو ايضا غير موجود وجالينوس وقويرى وابو بشر متى والغاراني واثاوثريستس والذين 10 اختصروه حنين واسحق وابن المقفع والكندى وابو بيزين والرازى وثابت بن قرة واحمد ابن الطيب ذكره ابو الخير في نوادر الاخبار ١٤٧ انبارى الاشيب المنقش على

carminibus cum delectu carptos addidit, ita ut hujus libri beneficio facile omnium poetarum, quos commemorat, operibus carere possemus. Simul ille archetypum est, ad cujus modum seriores scripta texuerunt, et libri *Yetimet*, *Charidet*, *Zinet el-dahr* et *Dumyet* rami ad eum sunt. Monet etiam, teste *Ibn Khallekán*, hoc esse compendium e libro nimis copioso exscriptum, quem ante id de hoc literarum genere composuerit; itaque se plura inde demississe. — 1605. El-Báric fi cat' yad el-sáric, gladius fulgens de manu furis amputanda. Tractatus, quem Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) defunctus, scripsit, cum quidam ex aequalibus ipsi librum furto subduxisset sibi que attribuisset, neque tamen liber ullus praeter illum apud eum exstaret. Itaque hunc tractatum ad rem detegendam conscripsit. — 1606. Bari ermínás (vox graeca „interpretationem“ indicans). Liber logicus sapientis philosophi *Aristotelis* doctoris principis *περι ἑρμηνείας*, quem *Honein* syriace, et *Is'hac* arabice vertit. Postea multi eum interpretati sunt, ut *Alexander Aphrodisiaeus*, cujus interpretatio non exstat, *Yahya* Grammaticus, *Yamblichus*, *Porphyrus*, *Stephanus*, cujus opus pariter non invenitur, *Galenus*, *Coweiri*, *Abu Bishr Matta*, *Farábi* et *Theophrastus*. Qui librum in epitomen coegerunt, fuerunt *Honein*, *Is'hac*, *Ibn-elmocanna'*, *Kindi*, *Abu Bahrin*, *Rází*, *Thábit Ben Corra*, *Ahmed Ben-eltebib*. Testatur haec *Abu'lkheir Tushköprizáde*. 10 in libro *Newádir el-akhbár*. — 1607. El-Bázi El-Ashhab, accipiter cineraceus

مخالفي المذهب للشيخ ابي الفرج عبد الرحمن بن علي ابن الجوزي الحنبلي المتوفى سنة ٥٧٠
مختصر صنف في تأييد مذهبه والرد على الخابطة الجسمة

علم الباطن ١٩٨

هو معرفة احوال القلب والتخلية ثم التحلية وهذا العلم يعبر عنه بعلم الطريقة والحقيقة

ايضا واشتهر علم التصوف به وسيأتي تمام تحقيقه فيه واما دعوى التقابل بين الظاهر والباطن 5
كما يدعيه جملة القوم فزعم باطل بشيأة العموم والخصوص

١٩٩ باعث المروة على التخلف بالفتوة وهو مختصر مرتب على فصول اوله للحمد لله الذي

جمع بين قلوب المؤمنين الخ ١٩٩ باعث النفوس الى زيارة القدس المحروس للشيخ

برهان الدين ابراهيم الفزاري تحفه من الجامع المستنقى وغيره ورتب على ثلاثة عشر فصلاً اوله

الحمد لله رب العالمين الخ ١٩٩١ الباعث على انكار البدع والحوادث للشيخ ابي 10

crociens contra adversarios sectae (Hanbaliticae). Compendium, quod Sheikh *Abu'faraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi* Hanbalita, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) defunctus, ad sectam suam corroborandam et Hanbalitas, qui Deo corpus attribuunt, refutandos composuit.

1608. *Ilm el-bátin*. Doctrina sensus interioris.

Haec est cognitio affectionum cordis, alienationis et exornationis inde enascentis. Illa doctrina per doctrinam viae et veritatis (*Ilm el-taricat we el-heckicat*) quoque significatur, et sub eodem illo nomine Theosophia (*Ilm el-tasawwof*) celebratur, sub qua accuratiorem illius explicationem plenam et perfectam invenies. Quod autem decretum analogiae mutuae inter sensum exteriorem et interiorem attinet, quale ignari sectae defendunt, opinio est falsa, quam de testimonio tenent ex rerum existentia universali et speciali petito.

1609. *Báith el-morowwet ala el-takhalloc b'ilfotoowwet*, liber viros excitans ad indolem liberalitatis prae se ferendam. Compendium in sectiones distributum, quod ita incipit: Laus Deo, qui corda fidelium conjunxit etc. — 1610. *Báith el-nofús ila ziyáret El-Cods el-mahrús*, liber animos ad Hierosolyma bene servata visitanda excitans, quem Sheikh *Borhán - ed - din Ibrahim Fezári e Jámi'* 10 *Mostacsi* aliisque operibus excerpsit et in tredecim sectiones digessit. Incipit ita: Laus Deo mundorum domino etc. — 1611. *El-Báith ala inkár el-bida' we el-hewádith*, liber ad sectas et res novas repudiandas excitans, auctore Sheikh

شامة عبد الرحمن بن اسمعيل الدمشقي الشافعي المتوفى سنة ٢٩٥ ١٩١٣ الباعث على
 لخلص من حوادث القصاص للحافظ زين الدين عبد الرحمن بن الحسين العراقي المتوفى
 سنة ٨٥ ١٩١٣ الباقيات الصالحات في بروز الاميات شرحه ابو العباس احمد بن معد
 الاقليشي المتوفى سنة ٥٥ ١٩١٤ بانث سعاد وهو قصيدة اشتمرت باولها وسيأتي في القاف
 5 قل السيوطي في طبقات النحاة في ترجمة بندار نقلاً عن ياقوت انه كان يحفظ سبعمائة
 قصيدة اول كل قصيدة بانث سعاد

علم الباه ١٩١٥

هو علم باحث عن كيفية المعالجة المتعلقة بقدرة المباشرة من الاغذية المصلحة لتلك القوة
 والادوية المقوية او الزبيدة للقوة او الملدزة للجماع او المعظمة والمضيقية وغير ذلك من الاعمال
 10 والافعال المتعلقة بها كذكر اشكال للجماع وحكاية محرّكة للشهوة التي وضعوها لمن ضعفت قوة

Abu Shāme Abd-el-rahman Ben Ismaīl Dimeshcki Shafiita, anno 665 (inc. 2. Oct. 1266) mortuo. — 1612. *El-Bāith ala el-khilās min hewādith el-ckisās*, liber homines excitans, ut se a rebus talionis novis immunes praesent, auctore *Hāfith Zein-ed-din Abd-el-rahman Ben-elhosein Irācki*, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuo. — 1613. *El-Backiāt El-Sālibāt*, opera bona de matribus in publicum prodeuntibus. Hunc librum commentatus est *Abu'labbās Ahmed Ben Maadd Oclīshi*, qui anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) obiit. — 1614. *Bānat Soád*, dicessit *Soád*. Haec *Casida*, de qua in litera *Cūf* sermo erit, a primis verbis nomen cepit. *Soyūti* in opere *Tabacāt el-nohhāt* in vita *Bondāri* auctore *Yacūti* narrat, illum 5 septingentas *Casidas*, quae omnes a verbis *Bānat Soád* inceperint, memoria tenuisse.

1615. *Ilm el-bāh*. Doctrina stimulantium.

Haec est doctrina, quae de modo quaerit, quo potentiae concubitus curatio adhiberi possit nutrimentis illam vim reparantibus et remediis eam confirmantibus vel augmentibus, vel delicias concubitus dulciores, vel membra virilia turgidiora et muliebria artiora reddentibus et aliis operationibus et actionibus, quae ad eam pertinent, quales sunt repraesentatio figurarum concubitus et narrationes libidinem commoventes, quas iis 10 composuerunt, quibus vires ad concubandum vel debilitatae erant vel plane deerant; illae enim has omni spe jam abjecta revocant. Rex quidam, ut narrant, cujus vires

مباشرة او بذلت ذاتها تعيدها بعد الاليس روى ان ملكا بطل عند القوة فزوج عبدا من ممالكه جاريت حسناء وحييا لهما مكانا بحيث يراعما الملك ولا يريانه فعادت قوته بمساعدة اقبالهما انتبى ملتحضا من المفتح ولا يبعد ان يقال وكذا النظر الى تساند الحيوانات لكن النظر الى فعل الانسان اقوى في تأثير عود القوة وهذا العلم من فروع علم انطب بل هو باب من ابواب كتبه غير انهم افردوا بالتأليف اهتماما بشأنه ومن الكتب المصنفة فيه كتاب الانبياء 5 والشلفية قال ابو الخير يحكى ان ملكا بطل عند قوة المباشرة بالكليّة وعجز الاطباء عن معالجتها بالادوية فاخترعوا حكايات عن لسان امرأة مسمّاة بالانبياء لها اتيا جامعا الف رجل فحكّت عن كلّ منيا اشكالا مختلفة فعادت باستماعها قوة الملك انتبى وقد سبق ذكر الانبياء في موضعا ومن الكتب المصنفة

10 ١٩١٩ الباهر في احكام الباطن والظاهر للشّيخ نجم الدين سليمان بن عبد اتقوى

الطوفي الحنبلي المتوفى سنة ٧١٠ ١٩١٧ الباهر في حكم النبي صلعم في الباطن والظاهر

plane evanuerant, uni servorum suorum pulchram puellam in matrimonium dedit, iisque domicilium parari jussit tale, ut rex eos videre, illi regem videre non possent; unde ipsi eorum felicitatem conspicienti vis rediit. Summatim haec ex libro *Miftah el-seadet* petita sunt. — Neque absurdum est dicere: Eandem vim adspectus mutui animalium coitus exercet, attamen adspectus concubitus hominum ad reditum virium efficiendum est potentior. Haec doctrina pars est medicinae, vel potius caput e capitibus librorum medicorum, nisi quod viri docti eam in libris singularibus tractarunt de ejus gravitate solliciti. Ad opera de hac doctrina composita pertinet *Kitab Alfīya we Shelfīya*. *Abu'lkheir* testis narrationis est, regi viribus venereis plane destituto medicos medicinam invenire non potuisse, quam ob causam eos narrationes commentos esse ex ore feminae prolatas, cui nomen *Alfīya* (milliaria) fuerit, quod rem cum mille viris habuerit, ita ut varias cujusvis concubitus formas enarraret, unde regi talia audienti vis rediit. Haec ille. — Jam in praecedentibus loco suo *Alfīya* commemorata est. Ad libros de hac doctrina editos pertinent . . .

10 1616. *El-Báhir fi ahkám el-bátin we el-tzáhir*, liber illustris de decretis sensus interioris et exterioris, auctore Sheikh *Nejm-ed-din Soleimán Ben Abd-el-cawi Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 1617. *El-Báhir fi hokm el-nebi fi el-bátin we el-tzáhir*, liber illustris de iis, quae propheta

للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ ذكر فيه قصة موسى عليه السلام مع الخضر عليه السلام ١٩١٨ الباعر في الجواهر للشيخ عز الدين ابراهيم بن محمد الحكيم السويدي الدمشقي المتوفى سنة ٩١١ الباعر في النحو لابي السعادات مبارك بن محمد المعروف بابن اثير الجزري المتوفى سنة ٩٠٩ ١٩٠٠ الباعر في الفروع للشيخ 5 الامام ابي بكر محمد بن احمد المعروف بابن الحداد الشافعي المتوفى سنة ٣٤٥ ١٩٣١ الباعر في الاخبار لابي القاسم جعفر بن محمد بن حمدان الموصلى المتوفى سنة ٤٠٥ فيه كتاب الروضة للمبرد ١٩٣٣ الباعر في اخبار شعراء مختصر في الدولتين لابي منصور يحيى بن علي المنجم [المعتزى] نديم المكتفى المتوفى سنة ٣٠٠ ابتدا فيه بذكر بشار ووقف في مروان بن ابي حفصة ثم اتمه ولده احمد ١٩٣٣ بث الاسرار لابي الفتوح محمد بن الفضل الاسفرائني المتوفى 10 سنة ٥٣٨ ١٩٣٤ بحار الحقيقة للشيخ احمد بن ابي الحسن الناقى الجامى المتوفى سنة ٥٣١

de sensu interiori et exteriori judicavit. Sheikh *Jelûl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyûti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit, narrat in eo rem, quam Moses cum Pineha habuit. — 1618. *El-Bâhir fi el-jewâhir*, liber illustris de substantiis, auctore Sheikh *Izz-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Soweidî Dimeshki* Philosopho, anno 690 (inc. 4. Dec. 1291) mortuo. — 1619. *El-Bâhir fi el-nahw*, liber illustris de grammatica, auctore *Abu'Isâdât Mobârek Ben Mohammed Jezeri*, vulgo *Ibn Athîr* dicto et anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 1620. *El-Bâhir fi el-forû'*, liber illustris de jure speciali, auctore Sheikh et Imâm *Abu Bekr* 5 *Mohammed Ben Ahmed* Shafiita, vulgo *Ibn-elheddâd* dicto et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuo. — 1621. *El-Bâhir fi el-akhbâr*, liber illustris de historiis, in quo *Abu'lqâsim Jafar Ben Mohammed Ben Hamdân Mausili*, qui anno . . . defunctus est, librum *Raudhet*, qui *Mobarred* auctorem habet, imitatus est. — 1622. *El-Bâhir fi akhbâr shoará*, liber illustris de historiis poetarum. Compendium de dynastia Omayyadica et Abbasidica, in quo *Abu Mansur Yahya Ben Ali* Astronomus [*Motazelûta*], *Moktefî* compotor, qui anno 300 (inc. 18. Aug. 912) decessit, a mentione *Beshshâri* incipit, et in *Merwân Ben Abi Hafsa* subsistit. Postea illud *Ahmed* ejus filius ad finem perduxit. — 1623. *Bathth el-asrâr*, divulgatio arcanorum, auctore *Abu'lfothûh Mohammed Ben-elfadhl Isferâini*, anno 538 (inc. 10 16. Jul. 1143) mortuo. — 1624. *Bihâr el-hackicat*, maria veritatis, auctore Sheikh *Ahmed Ben Abi'lhasan Námicki Jami*, anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) mortuo. —

١٦٢٥ البحار الزاخرة في المذاعب الاربعة للحسام الرهاوى شرحه تلميذه الشيخ بدر الدين محمود بن احمد العيبي الحنفى المتوفى سنة ٨٥٥ وسماه الدرر الفاخرة ١٦٢٦ البحار الزاخرة في نظم در البحار يأتى ١٦٣٧ بحار انقذ ١٦٣٨ بحار القرآن لاني عبيدة معمر بن المثنى البصرى اللغوى المتوفى سنة ٢١٠ وللشيخ عز الدين عبد العزيز بن عبد السلام المتوفى سنة ٦١٠

5 فصل في الابحاث الجارية بين الفضلاء قديماً وحديثاً

١٦١٩ بحث ابن تيمية وابن الزملكاني في مسئلة الطلاق وفي حرمة شد الرجل الى قبور الانبياء فصنفوا فيه منيا الابحاث الجليلة وكتاب درة اليتيمة وبالغ العلماء في رده حتى صرح بكفر من اطلق عليه شيخ الاسلام فانتدب حافظ الشام الشمس بن ناصر الدين فجمع كتاباً سماه الرد الوافر على من زعم ان من اطلق على ابن تيمية شيخ الاسلام كافر

1625. El-Bihár El-Zákhiret, maria tumida de sectis quatuor orthodoxis, auctore *Hosám-ed-din Roháwi*. Sheikh *Bedr-ed-din Mahmúd Ben Ahmed Aini* Hanefita discipulus ejus, qui anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) obiit, librum commentatus est, commentariumque inscripsit *El-Dorer El-Fákhiret*. — 1626. El-Bihár El-Zákhiret, maria tumida. Tralatio metrica operis *Dorr el-bihár*, de quo infra. — 1627. Bihár el-fic'h, maria jurisprudentiae. — 1628. Bihár El-Cor'an, maria Corani, auctoribus *Abu Obeida Ma'mar Ben-elmothanna Basri* Lexicologo, anno 210 (inc. 24. Apr. 825) mortuo, et Sheikh *Izz-ed-din Abd-el-azíz Ben Abd-el-selám*, anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo. —

5 SECTIO DE DISPUTATIONIBUS INTER VIROS MERITOS TEMPORE SUPERIORE ET INFERIORE INSTITUTIS.

1629. Bahth Ibn Teimiya we Ibn-elzamlekáni, disputatio inter *Ibn Teimiya* et *Ibn-elzamlekáni* de quaestione divortii et de interdicto, ne sarcinulae ad sepulcra prophetarum visitanda colligantur. Scripserunt de hac re libros, ut *El-Abháth El-Jaliyet* et *Kitáb Dorret El-Yetimet*, et viri docti in *Ibn Teimiya* refutando omnes nervos contenderunt, ita ut eum impium diserte declararent, qui ei titulum *Sheikh-el-islám* daret. Itaque *Háfiz-el-shám Shems-ed-din Ben Násir-ed-din* se impulit, ut librum colligeret ita inscriptum: *El-Radd El-Wáfir*, refutatio copiosa eorum, qui statuunt, eum, qui *Ibn Teimiya*e titulum *Sheikh-el-islám* det, esse

١٦٣. بحث ابن الخطيب وعلى العربى في أن عدم صدور الكذب عن الله تعالى للامتناع
 الذاتى أو بالغير فذهب المولى على إلى الاول والمولى ابن الخطيب إلى الثانى جرى ذلك في
 مجلس السلطان بايزيد خان فصنف ابن الخطيب رسالة في بحث الروية والكلام وارسلها إلى
 السلطان لتطبيب خاطره ١٦٣١ بحث امام الحرمين ولى اسحق الشيرازى في مسائل لما
 5 دخل الشيخ نيسابور سفيراً من طرف انقضى لخطبة بنت السلطان ملكشاه وذكر السبكي
 أن كل مسألة في اوراقه لو اراد فاضل في عصرنا ان يفردنا بانتصيف وكشف اشد الكشف
 لما قدر ان يصنف فيها اكثر مما اورده الشيخ على ابديية ١٦٣٢ بحث الامام السلطاني
 الشامى والمولى معيد احمد انقاض بعسكر روم ايلي في مسائل من الثنون وقد سبق في
 الاسئلة غلب فيه الامام ونال رتبة المولوية بالمشرف السلطاني ١٦٣٣ بحث النعرات
 10 في الآيتين أن لنعصر رسلنا ويقتلون النبيين جرى ذلك بين علماء مصر ويعقوب
 الامغر القرمانى وله فيه رسالة تدل على فضله وتجزده ١٦٣٤ بحث انقضى

impium. — 1630. Bahth Ibn-elkhatib we Ali El-Arabi, disputatio inter
Ibn-elkhatib et Ali Arabi, de eo, quod Deus propter impossibilitatem essentialem
 mentiri non possit, vel alia ratione, ita ut primam sententiam Molla *Ali*, alteram
 Molla *Ibn-elkhatib* amplecteretur. Accidit autem hoc in consessu Sultani *Bayezid*
Khán. Tum *Ibn-elkhatib* tractatum scripsit, in quo de eo disputat, num Deus videri et
 compelli possit, eumque Sultano animi oblectandi causa misit. — 1631. Bahth
 Imám-elharamein we Abi Is'hac El-Shirázi, disputatio inter *Imám-elharamein*
 et *Abu Is'hac Shirázi* de variis quaestionibus instituta, cum Sheikh a *Moctedi* ad 5
 filiam Sultani *Melekháh* ipsi in matrimonium petendam missus urbem *Nisabur* intraret.
 Teste *Sobki* quaevis quaestio in singulis foliis erat, quam si vir bene meritus nostrae
 aetatis in singulari opere separatim tractare et intentissime retegere vellet, certe plura
 de ea perscribere non posset, quam Sheikh ex tempore protulerat. — 1632. Bahth
 El-Imám El-Sultáni El-Shámí, disputatio inter *Imám Shámí* Sultanicum et Molla
Moid Ahmed judicem castrensem Rumeliae de nonnullis quaestionibus e doctrinarum
 speciebus, ut sub *Esucilet* in praecedentibus dictum est. — Imám superior ex ea discessit et
 gradum Mollae cum veste honoraria a Sultano accepit. — 1633 Bahth el-teárodh,
 disputatio de mutua versuum coranicorum discrepantia „Nos certe adjuvabimus sane 10
 legatos nostros“ et „Occiderunt prophetas,“ quae inter viros doctos Cahirae et
Yacub Caramáni Minorem habita est, et hic tractatum de quaestione composuit, quae
 eruditionis ejus altissimae et summi studii specimen est. — 1634. Bahth el-fádhil

التاشكندی والمولى ابى السعود فى الاستعارة التمثيلية فى قوله تعالى اولئك على هدى فرجع التاشكندی جانب السعد وكان المولى ابو السعود قد اختار مسلك السيد فى تفسيره بعد تنقيح كلام الطرفين وتبذيره فامتد المباحثه بينهما الى خمس ساعات واتفقوا على انه اعظم بحث فى السعدين الفاضلين ١٦٣٥ بحث المولى خواجه زاده وانصل زاده فى تخطئة السيد الشريف جرى ذلك فى مجلس الوزير محمد پاشا القرامانى فذهب ابن الانصل انه لا يرد 5 عليه اعتراض اصلاً وتبعه المولى خير الدين المعلم السلطانى وتلى المولى خواجه زاده هو بشر يمكن ان يخطأ لكن خطأه قليل فانكراً عليه ثابت وغلب عليهما ١٦٣٦ بحث المولى خيالى وخواجه زاده جرى ذلك فى الجامع ذكر فى الشقائق ان الخيالى غلب عليه يحكى انه ما نام على الفراش الى ان مات الخيالى ١٦٣٧ بحث المولى زيرك وخواجه زاده فى برهان التوحيد وجرى بينهما مباحثات عظيمة واستمرت الى ستة ايام فى حضور 10 السلطان محمد خان والحكم بينهما المولى خسرو ولم ينفصل الامر وامر السلطان فى اليوم السادس

El-Táshkendi, disputatio inter virum bene meritum *Táshkendi* et Molla *Abu'Isa'úd* de metaphora parabolica in verbis Corani obvia „Hi erunt super directionem a Domino suo.“ *Táshkendi* opinionem *Sa'd-ed-dini* praelitit, Molla *Abu'Isa'úd* vero rationem, quam *Seyyid Sherif* in commentario suo coranico inierat, utriusque partis opinione excussa et recognita amplexus est. Altercationem inter eos ad quinque usque horas productam consenserunt ad gravissimas disputationes pertinere, quae inter utrumque *Sa'd* bene meritum institutae sint. — 1635. Bahth, disputatio inter 5 Mollam *Khojazádeh* et *Afdhalzádeh* de *Seyyid Sherif* in erroris insimulationem vocando. Instituta illa est in consessu Weziri *Mohammed Pasha Caramáni*, ubi *Ibn-elafdhul* neminem ei unquam ob errorem commissum repugnasse contendit, quam sententiam etiam Molla *Kheir-ed-din* Sultani praeceptor amplexus est. Molla *Khojazádeh* contra statuit, *El-Seyyid* hominem esse ideoque errori obnoxium, ejus tamen errorem levioris esse momenti, quod illi negarunt. Hic vero in sententia perstitit ab illisque victoriam reportavit. — 1636. Bahth, disputatio Mollae *Khayáli* et *Khojazádeh*, quae in aede cathedrali habita est. In opere *Shechác* narratur, *Khayáli* illum vicisse, et victum dicunt usque ad mortem *Khayáli* in strato non dormivisse. — 1637. Bahth, disputatio inter Molla *Zeirek* et *Khojazádeh* de 10 demonstratione unitatis Dei. Uterque identidem acerrime disputavit, et quamvis in altercando Sultano *Mohammed Khán* praesente et Molla *Khosrew* arbitro ad sex dies continuaretur, controversia tamen non diremta est. Itaque Sultanus sexto die

ان يطالع كل منهما ما حرر صاحبه ثم في اليوم السابع ظفر فضل المولى خواجه زاده عليه
 وحكم بذلك المولى خسرو ايضا ١٦٣٨ بحث سرى الدين المصرى ومصطفى افندى
 الاعرج الرومى في قوله تعالى يرونيهم مثليهم رأى العين جرى ذلك في مجلس شيخ الاسلام
 المعبد فان القاضى جوز ان يكون الخطاب في لكم للمشركين من قريش او اليهود او المؤمنين
 5 وجوز في فاعل الروية كونه المشركين او المؤمنين ثم قال ويؤيده قرأه نافع ويعقوب بالتاء
 قال سعد الروم وفيه بحث ولم يبين فسمّل الاعرج عن وجهه فكتب سرى الدين رسالة في
 جوابه فلم يحجبه وشاع البحث المذكور بحيث وصل الى مصر فكتب مولانا شهاب الدين
 المصرى فيه رسالة وكتب ايضا الشيخ ابراهيم الميمونى رسالة مبسوطة ١٦٣٩ بحث السيد
 الشريف الجرجاني وسعد الدين التفتازاني في استعارة قوله تعالى اولئك على هدى من ربهم في
 10 مجلس تيمور ظفر السيد عليه لفصاحته وطلاقة لسانه وكان لسان السيد انصح من
 قلمه والتفتازاني بالعكس والفاضل في التفتيل بينهما على قسمين والاكثر في جانب السعد

utrumque id legere jussit, quod adversarius perscripserit, quo facto septimo die
 sententia Mollae *Khojazadeh* praevalens emersit, et Molla *Khosrew* quoque illud
 spectans litem diremit. — 1638. Bahth, disputatio *Seri-ed-dini Misri* et *Mustafa*
Efendi El-Araj Rumi de verbo Dei „Videbant eos sicut duos eorum visione oculi.“
 Disputatum est de eo in consessu *Sheikhi-elislám El-Moid*. Cadhi enim concessit,
 pronomini *lakom* (vobis) inesse posse compellationem idololatrarum Coreishiticorum, vel
 Judaeorum, vel fidelium, et subjectum verbi *videre* idololatrarum quoque vel fideles esse
 posse non negavit. Deinde dixit, fideles intelligendos esse vel inde comprobari, quod
Náfi' et *Jacúb* „videbatis“ legant. *Sa'd-elrúm* vero rem in controversia neque 5
 perspicuam esse statuit, qua de causa *El-Araj* eum rationem sententiae interrogavit,
 quo facto *Seri-ed-din* tractatum responsionis loco composuit, quem ille non admiratus
 est. Haec disputatio ita divulgabatur, ut in Aegyptum penetraret, et Molla noster
Sheháb-ed-din Misri de ea tractatum, et *Sheikh Ibrahim Meimúni* quoque
 commentationem fusiorem scriberet. — 1639. Bahth, disputatio in consessu *Timúri*
 inter *Seyyid Sherif* et *Sa'd-ed-din Teftazáni* de dicto Dei metaphorico „Hi erunt
 super directionem a Domino suo,“ in qua *El-Seyyid* propter facundiam suam et 10
 linguae volubilitatem victoriam ab adversario reportavit, cum *El-Seyyid* lingua
 facundior esset quam calamo, *Teftazáni* vero contra. — Viri bene meriti in diversam
 sententiam abierunt, utri palma deferenda esset, plures tamen a parte *Sa'd-ed-dini*

١٢٤. بحث الشيخ علاء الدين البخارى وإقاضى شمس الدين البساطى فى الوحدة المطلقة ومذهب الشيخ محبى الدين ابن العرقى جرى ذلك فى القاهرة بمجلس العلاء قر فى حضور السلطان الاشرف وكان العلاء ممن كقره فظفر على البساطى ١٢٤١ بحث المولى العذارى والمولى لطفى فى السبع الشداد له واجوبته للعذارى جرى ذلك فى مجلس قد عقده بعض الوزراء لذلك فظفر العذارى عليه غلبة فاحشة قر عقد بعده مجالس للمباحثة 5 من مواضع اخر لكن العذارى اجاب عن الاسئلة المذكورة فى رسالة ولم يقدر على دفعها كذا ذل صاحب الشقائق ١٢٤٢ بحث العلامة عضد الدين عبد الرحمن ابن احمد الايجى المتوفى سنة ٧٠٥ والفاضل فخر الدين احمد بن الحسن الجاريردى المتوفى سنة ٧٤١، ذكر ان العضد كتب الى فخر الدين بطريق الاستشكال يسئله عما فى الكشاف عند قوله تعالى فأتوا بسورة من مثله واجاب عنه جاريردى باجواب لم يحبه عضد الدين قر جوابه 10 عليه وقد صدر عنهما فى اثناء هذا انجحت كلمات شتى عن لشونة قر كتب فيه جماعة من

steterunt. — 1640. Bahth, disputatio Sheikhi *Alá - ed - din Bokhári* et Cadhi *Shems - ed - din Bisáti* de unitate absoluta et disciplina Sheikhi *Mohyi - ed - din Ibn - elarabi*, quae Cahirae in consessu *Alá - ed - dini* et postea praesente Sultano *Ashref* instituta est. *Alá - ed - din* inter eos fuit, qui *Ibn - elarabi* impietatis accusabant, adversariumque *Bisáti* profligavit. — 1641. Bahth, disputatio inter Molla *Idzári* et Molla *Lutfi* de hujus opere *El - Seb'a El - Shuddád* inscripto, et de responsis, quae 5 *Idzári* ad illud dederat. Accidit hoc in sessiuncula, quam quidam e Weziris disputandi causa indixerat. In qua cum *Idzári*, ut auctor operis *Sheclíc* narrat, victoriam ignominiosam ab adversario reportasset, ad altercandum de nonnullis aliis locis consessus novi fiebant, *Idzári* tamen responsis ad quaestiones propositas in tractatu scripto datis eas refellere non potuit. — 1642. Bahth, disputatio viri doctissimi *Adhod - ed - din Abd - el - rahman Ibn Ahmed Iji*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) defuncti et meritissimi *Fakhr - ed - din Ahmed Ben - elhasan Jarperdi*, anno 746 (inc. 4. Mai. 1345) mortui. *Adhod - ed - din*, *Fakhr - ed - dinum* de eo interrogaturus, quod in *El - Keshsháf* apud 10 verba „Afferte porro Suratam ex similitudine ejus“ legatur, ad hunc ita scripsisse dicitur, ut difficultates afferret. *Jarperdi* ad quaestionem responsum dedit, quod *Adhod - ed - din* non modo non placebat, sed ab hoc etiam confutabatur, ita ut in media hac disputatione illi variis acerbioribus verbis se invicem violarent. Postea

المتأخرين منهم كمال الدين عبد الرزاق وامين الدين الحاج داود وعز الدين التبريزي وعمام الدين الخوارزمي وتقى الدين السبكي وابراهيم بن الجاربردي نصره لوانده ١١٢٣ بحث المولى على قوشجي وخواجه زاده من مواضع الاول ما يتعلف بمد البحر وجزره والثاني ما يتعلف بمقادير المنارات المرئية من البحر من مساجد قسطنطينية والثالث ما يتعلف باعتراض الشريف 5 في حواشي المطول عند جوابه عن الايراد المشهور على تعريف الدلالة اللفظية جرى ذلك في السفيينة لما قدم المولى واستقبله خواجه زاده وكان اذذاك قاضيا ١١٢٤ بحث المولى على جلي ابن خيالي القاضي بدمشق والشيخ بدر الدين الغزي فيما يتعلف باعراب السمين وتفسير ابي حيان واعتراضات السمين عليه فقال الشيخ ان اكثرها غير وارد وقال القاضي اكثرها وارد جرى ذلك في الجامع الاموي لما ختم الشيخ درس التفسير وجرى بينهما من الابحاث 10 الرافقة ما تناقلته الرواة وسارت به الركبان ثم طلب القاضي من الشيخ فاستخرج عشرة ابحاث رجع فيه كلام ابي حيان وزيف اعتراضات السمين وسماه الدر الثمين في المناقشة بين ابي حيان

plures seriorum de hac re scripserunt, ut *Kemál-ed-din Abd-el-rezzác, Emin-ed-din El-Hájj Dawud, Izz-ed-din Tebrizi, Homám-ed-din Khowarezmi, Tacki-ed-din Sobki et Ibrahim Ben-eljárperdi* ad patrem suum defendendum. — 1643. Bahth, disputatio Mollae *Ali Cushji et Khojazádeh* de rebus ex nonnullis locis petitis, et primum quidem de iis, quae ad fluxum et refluxum maris pertinent, deinde de rebus magnitudinem turrium Mesquitis Constantinopolitanis impositarum, quae ex mari videntur, spectantibus, et denique de iis, quae *El-Sherif* in glossis operis *Motawicel* 5 ibi contra dicit, ubi sententiam refellit, propositionem, ut multi dicunt, esse per enunciationem verbalem definiendam. Accidit hoc in navi, cum Molla Constantinopolin rediret, et *Khojazádeh*, qui tum temporis Cadhi erat, ei obviam procederet. — 1644. Bahth, disputatio Mollae *Ali Jelebi Ibn Khayáli* Judicis Damasceni et Sheikh *Bedr-ed-din Ghazzí* de iis, quae librum *Semini* „*Iráb*,” commentarium *Abi Heyyáni* in Coranum et ea spectant, quae *Semin* huic opposuerat. Haec Sheikh maximam partem auctoritate carere, Cadhi contra hac non carere statuit. Accidit illud in aede cathedrali Omayyadica, cum Sheikh scholas de exegesi coranica finiret, et ab utraque parte multa ultro citroque egregie disputata sunt, quae narratores ubique divulgant 10 et agmina peregrinatorum circumtulere. Postea Cadhi Sheikhum adiit, quo facto hic decem disputationes, *El-Dorr El-Themín* de subtili altercatione inter *Abu Heyyán*

والسبين فلما وقف عليه انتصر للسبين ورجح كلامه واجاب عن اعتراضات الشيخ ورد
 كلامه وكتب في ذلك رسالة وقف عليها علماء الشام ورجحوا كتابته على كتابة البدر وقد
 سبق في الاغراب ما يتعلّق به ١١٤٥ بحسب غيات الدين جمشيد والسيد الشريف
 الجرجاني ١١٤١ بحسب المولى الفنارى وعلماء مصر في الانشاء واخبر في جملة الحمد لله جرى
 ذلك بمصر لما دخلها سنة ٨٣٠هـ فذهب الفنارى الى انبا انشاسية ووافقه ابن اليمام وجمع 5
 وخائفه الشيخ علاء الدين البخارى وكتب رسالة سماها نزهة النظر في الفرق بين الانشاء
 واخبر وتبعه آخرون ١١٤٧ بحسب املا جليى الديارى وعلماء الروم في مواضع من
 تسعة فنون وقد سبق في الاسئلة ١١٤٠ بحسب المولى يعقوب الاصغر القرامانى وعلماء
 مصر في الاعتراض بين الآيتين انا لننصر رسلا ويقتلون النبيين جرى ذلك بمصر وكتب
 رسالة تدل على فضله وتجره

10

et *Semin* inscriptas, publicavit, in quibus sententiam *Abi Heyyáni* antehabuit, et
 quae *Semin* contra dixerit, falsa esse contendit. Quas cum iudex legisset, *Semino*
 succurrit, ejus sententiam praeoptavit, ad ea, quae Sheikh opposuerat, respondit,
 disputata refutavit et ad rem defendendam tractatum composuit. Ut viri Syriae docti eum
 viderunt, quae disseruerat, scriptis *Bedr-ed-dini* praetulerunt. Jam vero quae huc
 pertinent, in antecedentibus sub „*Iráb*“ monita sunt. — 1645. Bahth, disputatio
Ghiyáth-ed-dini Jemshid et *Seyyid Sherif Jorjání*. — 1646. Bahth, disputatio
 Mollae *Fenári* et virorum doctorum Misrae de eo, utrum propositio „Laus Deo“
 5 optativa sit an enunciativa. Accidit hoc Misrae, cum *Fenári* anno 823 (inc. 17. Jan.
 1423) eam intraret. Hic eam optativam esse statuit, eique *Ibn-elhomám* et plures
 alii adstipulati sunt. Sheikh *Alá-ed-din Bokhári* in contrariam partem discedens
 tractatum, *Nuzhet el-natyr* de discrimine inter propositionem optativam et enunciativam
 inscriptum, composuit eumque alii secuti sunt. — 1647. Bahth, disputatio Mollae
Jelebi Diyárbekri et virorum doctorum Rumeliae de pluribus locis e novem disciplin
 petitis, de qua antea sub *Eswilet* videndum. — 1648. Bahth, disputatio Mo^r
Yacúb Caramáni Minoris et virorum doctorum Misrae de mutua versuum corani
 discrepantia „Nos certe adjuvabimus sane legatos nostros“ et „Occiderunt prof
 10 Accidit hoc Cahirae, et ille tractatum scripsit, qui praestantiae ejus et er
 altissimae specimen est. —

- ١٦٤٩ [بحر الاسانيد للامام الخافظ للحسن بن احمد بن محمد السمرقندى المتوفى سنة ٤٩١] هو كتاب جمع فيه مائة الف حديث رتبته وهدبته لم يقع في الاسلام مثله ذكره الذهبي في تاريخ الاسلام [١٦٥٠ بحر الافكار حاشية على حاشية الخيال يأتى في العقائد ١٦٥١ بحر الانساب مختصر فى آل على بن ابي طالب رضى الله عنه اوله الحمد لله الذى لا يبلغ مدحته القائلون الخ ١٦٥٢ بحر الاوهام منظومة لابي محمد الحسن بن على المعروف بابن وكيع الشاعر [المتوفى سنة ٣٩٣] ١٦٥٣ بحر الانساب كتاب كبير للامام فخر الدين الرازى ١٦٥٤ بحر الجور فى تفسير المسطور ١٦٥٥ بحر الجارى فى الفتاوى لتاج الدين عبد الله بن على البخارى المتوفى سنة ٧٩١ جمع المسائل على المذاهب الاربعه ١٦٥٦ بحر الحقائق والمعاني فى تفسير السبع المثاني لنجم الدين ابي بكر عبد الله بن محمد الاسدى الشيبير بداية المتوفى سنة ١٦٥٧ بحر الحكمة ١٦٥٨ بحر الدرر فى التفسير للشيخ محمد الشيبير بالمعين المسكين

1649. [Bahr el-asánid, mare traditionum ad auctores relatarum. Liber, in quo Imám Háfitz Hasan Ben Ahmed Ben Mohammed Samarcandi, anno 491 (inc. 9. Dec. 1097) defunctus, centum millia traditionum collegit, ordinavit, recognovit, nec opus, ut Dzehebi in *Tarikh-elislám* monet, inter Muhammedanos par sibi habet]. — 1650. Bahr el-afkár, mare cogitationum, glossae ad glossas *Khayálí*, de quibus sub *Achád* videatur. — 1651. Bahr el-ansáb, mare genealogiarum. Compendium de gente *Ali Ben Abi Tálib*, quo Deus oblectetur, quod incipit ita: Laus Deo, ejus laudem praedicatores non assequuntur etc. — 1652. Bahr el-auhá, mare errorum. 5 Poëma, auctore *Abu Mohammed Hasan Ben Ali Poëta*, vulgo *Ibn Weki'* dicto [et anno 393 (inc. 10. Nov. 1002) mortuo]. — 1653. Bahr el-ansáb, mare genealogiarum. Liber magnus, auctore Imám *Fakhr-ed-dín Rázi*. — 1654. Bahr el-bohúr, mare marium. Commentarius Corani. — 1655. El-Bahr El-Jári, mare fluens de responsis juridicis. *Táj-ed-dín Abdallah Ben Ali Bokhári*, qui anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) decessit, quaestiones secundum quatuor sectas orthodoxas in eo collegit. — 1656. Bahr el-hecáic we el-meáni, mare veritatum et sententiarum. Commentarius primae Suratae, auctore *Nejm-ed-dín Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Asedi*, vulgo *Daye* dicto et anno . . . mortuo. — 1657. Bahr 10 el-hikmet, mare sapientiae. — 1658. Bahr el-dorer, mare margaritarum. Commentarius Corani, auctore Sheikh *Mohammed Meskín Feráhi* Concionatore, vulgo

- الفراق الواعظ ١٦٥١ البحر الرآف شرح كنز الدقائق يأتي في الكاف ١٦٦١ البحر الزاخر
 في تجريد السراج الوقايع شرح مختصر القدوري يأتي في الميم ١٦٦١ البحر الزاخر في الفروع
 على مذهب الزيدية للشريف أحمد بن يحيى أول الميمنية باليمن كان من رجال القرن العاشر
 ١٦٦٣ البحر الزاخر والعيلم التيارات في التاريخ للمولى مصطفى بن السيد حسن الحسيني
 المعروف بالجناح المتوفى سنة ٩٩٩ وهو كتاب كبير في مجلدين جمعه من كتب كثيرة ورتب 5
 على مقدمة واثنين وثمانين باباً كل باب في دولة وهو اجمع ما جمع في دولة الملوك قيل اسمه
 العيلم الزاخر والصحيح ما ذكرنا وله مختصره وترجمته بالتركية ١٦٦٣ بحر السعادة فارسي
 للشيخ تاج الدين محمد بن محمد بن ابراهيم الكازروني الملقب بحاج حراس وهو في
 مجلد مرتب على اثنى عشر باباً في العبادات والاخلاق فرغ من تأليفه في شعبان سنة ٩٠١
 ١٦٦٤ بحر العلوم في التفسير للشيخ الفاضل السيد علاء الدين علي بن يحيى 10

- Moin dicto.* — 1659. El-Bahr El-Ráifc, mare clarum. Commentarius operis *Kunz el-decáic*, de quo litera *Káf* videatur. — 1660. El-Bahr El-Zákhir, mare tumidum. Excerpta operis *Siráj Wehháj*, quod commentarius est compendii *Codúrú*, de quo in litera *Mim* dicitur. — 1661. El-Bahr El-Zákhir, mare tumidum de jure speciali secundum disciplinam Zeiditarum. Auctor *Sherif Ahmed Ben Yahya*, primus Mehditarum in Yemen, seculo decimo vixit. — 1662. El-Bahr El-Zekkhár wé El-Ailem El-Teyyár, mare exundans et puteus turgidus. Liber magnus historicus duorum voluminum, quem *Molla Mustafa Ben - elseyyid* 5 *Hasan Hoseini*, vulgo *Jenábi* dictus et anno 999 (inc. 20. Oct. 1590) defunctus, e multis operibus collectum in praefationem et octoginta duo capita disposuit, quae singula dynastiam tractant. Opus est omnium de dynastiis regum copiosissimum, cui alii titulum „*El-Ailem El-Zákhir*“ tribuunt, verus tamen titulus est, quem dedimus. Idem ab auctore in compendium coactum et in linguam turcicam translatum est. — 1663. Bahr el-seádet, mare felicitatis. Volumen persice scriptum et in duodecim capita dispositum de variis cultus modis et moribus, cujus compositionem *Sheikh Táj-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Ibrahim Kazerúni*, cognomine *Hájj Horrás* insignitus, mense 10 *Shabán* anni 901 (inc. 21. Sept. 1495) ad finem perduxit. — 1664. Bahr el-olúm, mare doctrinarum. Commentarius in Coranum magni ambitus et praestantissimarum institutionum plenus, quas *Sheikh* bene meritus *Seyyid Alá-ed-dín Ali Ben Yahya*,

السرقيدي ثم القراماني تلميذ الشيخ علاء الدين البخاري المتوفى في حدود سنة ٨٠٠. بلارندة
 وهو كتاب كبير فيه فوائد جلييلة انتخبنا من كتب التفسير واصاف اليها فوائد من عنده
 بعبارات فصيحة وانتبى الى سورة المجادلة في اربع مجلدات ١٢٦٥ البحر العميق في مناسك
 المعتمر والحاج الى البيت العتيق لابي البقاء محمد بن احمد بن ابيبياء المكي العمري انقرشي
 5 الحنفى المتوفى سنة ٨٥٤ وهو كتاب مبسوط اوله الحمد لله الذى جعل البيت الحرام قياما
 للناس الخ رتب على عشرين بابا شرع في تصنيفه سنة اربع وعشرون ١٢١٩ [بحر العوام
 فيما اصاب فيه العوام للشيوخ الامام الفاضل محمد بن ابراهيم بن يوسف المشهور بابن الحنبلى
 المتوفى سنة ١٢١٧] ١٢١٧ بحر الغرائب في لغة الفرس للقاضى لطف الله بن يوسف المشهور
 بالحلبي جعله منظوما ومنثورا ثم صنف كتابا آخر في توضيحه وهو المشهور بالقلامة
 10 مشتبلا على دفترين الاول في اللغة والثانى في العروض والقوافى والبديع ١٢٢٠ البحر
 الفاضل في ديوان ابن الفارض يأتى في اندال ١٢٢١ بحر الفتاوى ١٢٧٠ بحر الفوائد الحرفية

primum Samarcandae et postea Caramaniae inquilinus et Sheikh *Alâ-ed-din Bokhârî*
 discipulus, Larendae circum annum 860 (inc. 22. Dec. 1455) mortuus, e commentariis
 coranicis cum delectu excerpsit, propriisque institutionibus elegantissime scriptis auxit.
 Ad Suratam quinquagesimam octavam tantum, *Mujâdilet* dictam, progressus quatuor
 volumina impleverat. — 1665. El-Bahr El-Amîc, mare profundum de ritibus
 visitantis et peregrinatoris sacri ad antiquam domum. Opus fusum et ita incipiens:
 Laus Deo, qui domum sacram hominibus columnam fecit etc., quod *Abu'lbecâ*
Mohammed Ben Ahmed Ben Dhiyâ-ed-din Mekki Omari Coreshi Hanefita, anno 854 5
 (inc. 14. Febr. 1450) defunctus, in viginti capita digessit, et annos quatuor viginti
 natus componere incepit. — [1666. Bahr el-awwâm, mare natatoris de iis, in
 quibus multitudo verum videt, auctore Sheikh et Imâm bene merito *Mohammed Ben*
Ibrahim Ben Yusuf, vulgo *Ibn-elhanbali* dicto et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563)
 mortuo]. — 1667. Bahr el-gharâib, mare rerum mirabilium de lingua Persarum,
 a Cadhi *Lutfallah Ben Yusuf*, vulgo *Halimi* dicto, metrica et prosa oratione
 conscriptum. Postea alium librum ad illud opus explicandum composuit, nomine
Câimet insignitum, qui duos indices complectitur, alterum de lingua, alterum de 10
 prosodia, doctrina rhythmorum et ornate dicendi. — 1668. El-Bahr El-Fâidh,
 mare exundans, de *Diwân Ibn-elfâridhi*, de quo litera *Dâl* videatur. — 1669. Bahr
 el-fetâwa, mare decretorum juridicorum. — 1670. Bahr el-fewâid el-harfîyet,

- وسر الفوائد العددية ١٦٧١ بحر الفوائد المشهور بمعاني الاخبار للشيخ ابي بكر محمد بن
 ابراهيم الكلاباني البخاري المتوفى سنة ٣٨٠ ١٦٧٢ بحر الفوائد في الحساب ١٦٧٣ البحر
 القياس في قول المعريين ضرب فعل ماضى لاحمد الجببي الزهرى وهو رسالة اوليا اللهم
 اياك محمد الخ ١٦٧٤ بحر الكلام للشيخ الامام ابي المعين ميمون بن محمد النسفى
 الحنفى المتوفى سنة ٥٨٠ ١٦٧٥ بحر الكلام في شرح اظهار نعمة الاسلام سبف ١٦٧٦ بحر
 الكمال تركى منظوم لابن الوحى الشبير بحلمى نظمه للسلطان عثمان خان ١٦٧٧ البحر
 المحيط في التفسير للشيخ اثير الدين ابي حيان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى
 سنة ٧٤٥ وهو كتاب عظيم في مجلدات ثم اختصره في مجلدين وسماه النير الماد من
 البحر ومختصر تلميذه الشيخ تاج الدين احمد بن عبد القادر ابن مكنوم المتوفى سنة ٧٤٧
 سماه الدر اللقيط اقتصر فيه على مباحثه مع ابن عطية والزمخشري ورد عليهما ووضع 10

- mare instructionum literarum et arcanum margaritarum numerorum. — 1671. Bahr
 el-fewáid, mare institutionum utilium, vulgo *Meáni el-akhhár* dictum, auctore
 Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben Ibrahim Kelábázi Bokhári*, anno 380 (inc.
 31. Mart. 990) mortuo. — 1672. Bahr el-fewáid, mare institutionum utilium de
 arithmetica. — 1673. El-Bahr El-Feyyádh, mare exundans, auctore *Ahmed*
Hebibi Azheri. Tractatus de dicto Grammaticorum, formam „*dharaba*“ esse verbum
 perfecti. Incipit ita: O Deus, Te laudamus etc. — 1674. Bahr el-kelám, mare
 5 orationis, auctore Sheikh et Imám *Abulmoín Meimán Ben Mohammed Neseft* Hanefita,
 anno 508 (inc 7. Jun. 1114) mortuo. — 1675. Bahr el-kelám, mare orationis.
 Commentarius operis *Itzhár nimet el-islam*, de quo vide antea. — 1676. Bahr
 el-kemál, mare perfectionis. Poéma turcicum, quod *Ibn-eheahyi*, vulgo *Hilmi*
 dictus, Sultano *Othmán Khán* condidit. — 1677. El-Bahr El-Mohít, mare
 circumfluens. Commentarius in Coranum amplus plurium voluminum, quem Sheikh
Athir-ed-din Abu Heyyán Mohammed Ben Yusuf Andalusí, anno 745 (inc. 15. Mai.
 1344) defunctus, composuit, et postea in epitomen duorum voluminum coëgit *El-Nahr*
El-Mádd min El-Bahr inscriptam. Aliam ejus epitomen, *El-Dorr El-Leckít*
 nominatam, Sheikh *Táj-ed-din Ahmed Ben Abd-el-cádir Ibn Mektúm* discipulus
 10 ejus, anno 747 (inc. 24. Apr. 1346) defunctus, publicavit, in qua non nisi auctoris
 controversias cum *Ibn Atiya* et *Zamakhsheri* dedit, eosque refutavit, et *Zamakhsheri*

ش علامة الزمخشري وع لابن عطية وح لابن حبان اوله الحمد لله الذي انزل القرآن وجعله
حجة الخ ١٢٨٠ البحر المحيط في شرح الوسيط يأتي في الواو ١٢٧١ البحر المحيط في
الاصول للامام بدر الدين محمد بن عبد الله الزركشي الشافعي المتوفى سنة ٧٩٤ ١٢٨٠ البحر

المحيط في الفروع لفخر الائمة بديع ابن منصور الحنفي وهو المشهور بمبينة الفقهاء
١٢٨١ 5 بحر المذهب في الفروع للشيخ الامام ابى الحسن عبد الواحد بن اسمعيل الروياني
الشافعي المتوفى سنة ٨٠٥ وهو بحر كاسمه ١٢٨٣ بحر المعاد في ارشاد العباد منظومة فارسية
للطالبي ذكر فيه انه نظمها في سفرته الى الروم سنة ٩٠٠ اوله

ابن نامه بنام حى بيبجون

١٢٨٣ بحر المعارف تركى لمصطفى بن شعبان المشهور بالسرورى المتوفى سنة ٩١٩ جمع فيه
10 قواعد الشعر والعروض وانقافية لمصطفى خان ابن السلطان سليمان ورتب على مقدمة وثلاث

litera *Shin*, *Ibn Atiya* litera *Ain*, *Ibn Heyyan* litera *Há* significavit. Incipit ita:
Laus Deo, qui Coranum demisit eumque argumentum fecit etc. — 1678. El-Bahr
El-Mohit, mare circumfluens. Commentarius operis *Wesit*, de quo litera *Waw*
videatur. — 1679. El-Bahr El-Mohit, mare circumfluens de principiis, auctore
Imám *Bedr-ed-din Mohammed Ben Abdallah Zerkeshi* Shafiita, anno 794 (inc.
29. Nov. 1391) mortuo. — 1680. El-Bahr El-Mohit, mare circumfluens. Liber
de partibus juris specialibus, vulgo *Munyet el-focahá* dictus, auctore *Fakhr el-aimmet*
Bedi' Ibn Mansur Hanefita. — 1681. Bahr el-madzhab, mare sectae de partibus 5
juris specialibus, auctore *Sheikh et Imám Abu'mehasin Abd-el-wahid Ben Ismail*
Ruyani Shafiita, anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) defuncto. Mare est nomini suo
respondens. — 1682. Bahr el-meád, mare reditus. Poëma persicum de servis
Dei in viam rectam dirigendis. Narrat auctor *Talibi*, se illud in Rumeliam iter
facientem anno 955 (inc. 11. Febr. 1548) condidisse. Incipit ita:

Hic liber nomine Dei vivi, qui parem sibi non habet.

1683. Bahr el-meáarif, mare cognitionum. *Mustafa Ben Sha'bán*, vulgo
Soruri dictus et anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) defunctus, in hoc opere turcico
praecepta poeticae, prosodiae et doctrinae rhythmorum *Mustafa Kháno* filio Sultani 10
Soleimán collegit, illud in praefationem, tres dissertationes et conclusionem disposuit,

- مقالات وخاتمة و فرغ في صفر سنة ٩٥١ ١٢٨٤ ببحر المقال والبيان في الكلام على الميزان يأتي
 في الميم ١٢٨٥ البحر الموج في شرح المنهاج في الفروع يأتي ايضا ١٢٨٦ البحر المورد في
 المواثيق والعيود للشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعرائي المتوفى سنة ٩١٠ نس فيه بعض
 اعدائه ما يخالف الشرع ووقعت الفتنة في القاهرة لاجله ذكره في الميزان ١٢٨٧ بحر اناختو
 للشيخ ابي عبد الله محمد بن يوسف الكفرطاني [المعروف بابن المنيرة] المتوفى سنة ٥٠٣ هـ نفس 5
 فيه مسائل كثيرة على اصول النحاة ١٢٨٨ بحر الوقوف في علم الاوقاف والخروف للشيخ
 شيباب الدين احمد بن يوسف البوني ١٢٨٩ بحرية تركي لبيبري رئيس بن الحاج محمد
 المقتول سنة ٩١٣ ذكر فيه احوال بحر الروم وجزائره ومسالكه ومراسيه باشكالها واعداده الى
 السلطان سليمان خان في حدود سنة ٩٣٠ وذكر في اوله احوال الخرنط وقواعد الملاحين
 السائرين في بحر الهند نظما ونثرا وحي نسختان احدهما ابسط قليلا من الاخرى وفي 10

- et mense Safar anni 956 (inc. 30. Jan. 1549) ad finem perduxit. — 1684. Bahr el-mecál we el-beyán, mare dictionis et expositionis, in quo de opere *Mizán* disputatur. Vide literam *Mim*. — 1685. El-Bahr El-Mewwáj, mare tempestuosum. Commentarius operis *Minháj* de partibus juris specialibus, de quo pariter infra videndum. — 1686. El-Bahr El-Maurúd, mare, ex quo de foederibus et pactis hauriendum est, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sha'rání* anno 960 (inc. 18. Dec. 1552) defuncto. Quidam ex ejus inimicis in hoc libro, quae legi repugnarent, indagaverat, eamque ob causam, ut in opere *Mizán* legitur, tumultus Cahirae motus 5 est. — 1687. Bahr el-nahw, mare syntaxis. Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Yusuf Kafrtábi*, [vulgo *Ibn-elmoniret* dictus et] anno 503 (inc. 31. Jul. 1109) defunctus, in eo multas quaestiones secundum principia Grammaticorum perlustrat. — 1688. Bahr el-wocúf, mare intelligentiae de doctrina quadratorum talismanicorum et literarum, auctore Sheikh *Sheháb-ed-din Ahmed Pen Yusuf Buni*. — 1689. Bahríyet, opus de mari turcice scriptum, in quo *Piri Reyis Ben-elhájj Mohammed*, anno 962 (inc. 26. Nov. 1554) decollatus, qualitates maris mediterranei, ejus insulas, tractus, portus cum eorum imaginibus describit. Obtulit illud Sultano *Soleiman Khán* circa 10 annum 930 (inc. 10. Nov. 1523), in ejusque initio de chartarum geographicarum ratione et regulis nautis mare Indicum navigantibus observandis soluta et ligata oratione disputat. Recensiones duae sunt, quarum prior paulum copiosior altera est et ab

- أولها نظم والاخرى ليست كذلك ١٦١. بحرية رسالة كالقلمية انشأها يحيى بن عبد اللطيم
 الشخير باخى زاده المتوفى سنة ١٠٢٠ هـ ١٦١١ بداء الدنيا للشيخ [محمد بن عبد الله] الكسائي
 ١٦٢ بداء المخلوقات للامام الخافظ ابي عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى المتوفى
 سنة ١٠٥٦ هـ ١٦١٣ البداء والتاريخ للشيخ الامام ابي زيد احمد بن سهل البلخي المتوفى
 سنة ١٠٢٤ هـ وهو كتاب مفيد مهذب عن خرافات العجائز وتزاوير القصاص لانه تتبع فيه صحاح
 الاسانيد في مبداء الخلق ومنتهاه فابتدأ بذكر حدود النظر والجدل واثبات القديم ثم ذكر
 ابتداء الخلق وقصص الانبياء وَاخبار الامم وتواريخ الملوك والخلفاء الى زمانه في ثلاثة
 وعشرين فصلاً وهو في مجلد واحد ١٦١٤ بداعة الماخيرة ومجالة المتوفى لابي البحر صفوان
 ابن ادريس الكاتب ١٦١٥ بداية المبتدى في الفروع للشيخ الامام ابي الحسن علي بن ابي بكر
 10 المرغيناني الحنفي المتوفى سنة ٥١٣ هـ مختصر اوله الحمد لله الذي عدانا الى بالغ حكمه الخ

initio carmina continet, quibus altera caret. — 1690. Bahriyet, tractatus de mari ad modum carminis *Calemiyet*, quem *Yahya Ben Abd-el-helim*, vulgo *Akhizádeh* dictus et anno 1020 (inc. 6. Mart. 1611) mortuus, conscripsit. — 1691. Bedá el-dunya, initium mundi, auctore Sheikh [*Mohammed Ben Abdallah*] *Kisái*. — 1692. Bedá el-makhlucát, initium rerum creatarum, auctore Imám Háfitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismail Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. — 1693. El-Bedá we El-Taríkh, initium et historia, auctore Sheikh et Imám *Abu Zeid Ahmed Ben Sahl Balkhi*, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuo. Liber ad 5 descendum utilis, a fabulis vetularum et commentis narratorum purgatus, cum auctor in eo vera, quae de initio mundi ejusque decursu tradita sunt, persecutus est ita, ut a terminis speculationis et controversiae definiendis et sensu antiquitatis stabiliendo inciperet. Deinde initium creationis, res prophetarum gestas, populorum fata, et regum atque Khalifarum historias usque ad tempus suum in viginti tribus sectionibus, uno volumine comprehensis, enarrat. — 1694. Bodáhet el-motehayyiret we ojalet el-motewaffiret, oratio extemporalis attonitorum et subita dictio reverentium, auctore *Abu'l-bahr Sefwán Ben Idris* Scriba. — 1695. Bedáyet el-mubtedi, initium tironis. Compendium Sheikhii et Imámi *Abu'lhasan Ali Ben Abi Bekr Marghináni* Hanefitae anno 593 (inc. 24. Nov. 1196) mortui, de partibus juris 10 specialibus, ita incipiens: Laus Deo qui nos ad efficacissimam suarum sapientiarum

ذكر فيه أنه جمع بين مختصر انقدورى والجامع الصغير واختار ترتيب الجامع الصغير تبركاً بما اختاره محمد بن الحسن قال ولو وقفت لشرحه ارسمه بكفاية المنتبى وهذا الشرح ليس بموجود أما الهداية فسيأتى في النباء مع شرحها ونظم البداية لابي بكر بن علي العاملي المتوفى سنة ٧٥٠ ١٢٢١ بداية الهداية في الموعظة للامام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٥٠ وهو مختصر ذكر فيه ما لا بد لعامة المكلفين والفتاوي من العادات والعبادات 5

١٢٢٧ بداية الهداية في الفروع لابي البركات عبد الرحمن بن محمد الانباري المتوفى سنة ٥٧٧.

١٢٢٩ البداية والنهاية في التاريخ للامام الحافظ عماد الدين ابي الفدا اسمعيل بن عمر المعروف بابن كثير الدمشقي المورخ المتوفى سنة ٧٤٢ وهو كتاب مبسوط في عشر مجلدات اعتمد نقله على النص من الكتاب والسنة في وقايح الالوف السائفة وميز بين الصحيح والسقيم واخبار الاسرائيلي وغيره ورتب ما بعد الهجرة على السنوات الى آخر عصره قال ابن 10

duxit etc. Monet auctor, se in hoc libro compendium *Codurii* et opus *Jami' Saghir* conjunxisse, et dispositionem *Jami' Saghir* ob felicem successum praeoptasse, quem *Mohammed Ben-elhasan* ex illa praeoptanda habuerit. Si forte, pergat, ad librum explicandum aggredere, commentarium nomine *Kifayet el-muntehi* insignire. Hic commentarius autem non invenitur. De opere *Hidayet* et ejus commentariis vide infra in litera *Há*. Opus *Bedayet Abu Bekr Ben Ali Amili*, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, metricè exaravit. — 1696. *Bedayet el-hidayet*, initium directionis. Compendium paraeneticum, in quo *Imám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuus, de ritibus et variis cultus modis disputat, quibus vulgus piorum lege ascetica adstrictorum et adspirantium carere non potest. — 1697. *Bedayet el-hidayet*, initium directionis de partibus juris specialibus, auctore *Abu'lberakát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári*, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. — 1698. *El-Bedayet we El-Nihayet*, initium et finis. Opus historicum copiosissimum decem voluminibus comprehensum et ab *Imám Háfitz Imád-ed-din Abu'fedá Ismaíl Ben Omar Dimeshcki* Historiographo, vulgo *Ibn Kethír* dicto et anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuo, compositum. Auctor ea, quae de eventis seculorum praeteritorum tradidit, verbis Corani et Sunnae propriis 10 stabilivit, verum a falso, res ab Israelitis traditas et alia bene distinxit, et quae post fugam *Mohammedis* gesta sunt, in annos usque ad temporis sui finem disposuit. *Ibn*

شبهه وقفت عليه بخطه من سنة ٧١١ الى آخر سنة ٨٥٠ وسنة ٨٥٠ ايضا ومن سنة ٦٣ الى آخر سنة ٦٨ وما عدا ذلك وقفت على مختصر منه لخصه بعض اخبائنا قل وهو ممن جمع بين الحوادث والوفيات واجود ما فيه السير النبوية وقد اخل بذكر خلايق من العلماء والمشهور ان تاريخه انتهى الى آخر سنة ٧٣٨ وهو آخر ما خصه من تاريخ البرزالي وكتب حوادث الى 5 قبيل وفاته بسنتين انتهى وقد لخصه العيني ايضا في تاريخ البدر تماما واختصره الحافظ ابو الفضل احمد بن علي ابن حجر المتوفى سنة ٨٥٠ وترجمته الاصل بالتركية لعمود بن محمد ابن دلشاد ١٩٩١ البدائية والنهاية في الموعظة للشيخ الامام ابي جعفر محمد بن ابي علي الهمداني ١٧٠٠ البدائية والنهاية في علم الرماية لبعض المتأخرين وهو مختصر اوله الحمد لله العالم خفيات الاسرار الخ الفقه في شعبان سنة ٧٧٥ ١٧٠١ البدائية في الكلام لابي 10 تراب ابراهيم بن عبيد الله مختصر على اربعة مقاصد اوله الحمد على الله الخ ثم شرحه

Shohbeh: Vidi, inquit, historiam propria auctoris manu scriptam ab anno 741 (inc. 27. Jun. 1340) ad finem anni 51 (inc. 11. Mart. 1350), itemque annum 59 (inc. 14. Dec. 1357), et ab anno 62 (inc. 11. Nov. 1360) ad finem anni 68 (inc. 7. Sept. 1366), et quae hunc annum excedunt, in epitome vidi ex illa ab aliquo amicorum nostrorum facta. Hunc dicit in eorum numero esse, qui res gestas et virorum illustrium uirtutes conjunxerint, optimamque in compendio partem esse vitas prophetarum, at eum mores virorum doctorum non satis descripsisse, atque notum esse, historiam ejus ad finem anni 738 (inc. 30. Jul. 1337) progredi, et hunc annum ultimum esse, cujus historiam e *Tarikh Berzälü* extraxerit, res gestas tamen eum ad duos annos ante mortem suam perscripsisse. Haec ille. — Potiora ejus plene excerpit *Aini* quoque 5 in *Tarikh El-Bedr*, et compendium ejus Häfiz *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) defunctus, edidit, archetypumque turcice a *Mahmüd Ben Mohammed Ben Dilshäd* versum est. — 1699. *El-Bedäyet we El-Nihäyet*, initium et finis. Opus paraeneticum, auctore Sheikh et Imäm *Abu Jafar Mohammed Ben Abi Ali Hemdani*. — 1700. *El-Bedäyet we El-Nihäyet*, initium et finis. Compendium de arte jaculandi, quod aliquis seriorum mense Shäban anni 775 (inc. 23. Jun. 1373) composuit. Incipit ita: Laus Deo, qui arcana mysteriorum cognita habet etc. — 1701. *El-Bedäyet fi el-keäm*, initium. Compendium de metaphysica in quatuor *Mecäsüd* dispositum et ita incipiens: Laudamus eum pro 10 beneficiis etc., quod *Abu Toráb Ibrahim Ben Obeidallah* composuit. Deinde illud

شرحًا مزوجًا أوله بداية الكلام بذكر الملك العلام الخ ذكر فيه أنه اورد اعتراضات الشارح
 الفاضل على قوشجى على السيد واجاب عنها وذكر في خطبته اسم السلطان سليم خان
 ابن بايزيد خان ١٧٢ بدايع الآثار ١٧٣ بدايع الاخبار وروايح الاشعار لاني يوسف يعقوب
 ابن سليمان الاسقرائنى المتوفى سنة ٤٨٨ ١٧٤ بدايع الاسحار في صنايع الاشعار قضيدة
 رأية فارسية مشتملة على طرف من البديع لجمال الدين محمد بن ابي بكر القوافى المطرزية
 الكنجى وشرحها محمود بن [عثمان بن] عبد الله النجاشى النيسابورى شرحًا فارسيًا اوضح
 مشكلاته بامثلة واحداه الى وزير غياث الدين اوله الحمد لله البديع المبدع للبدايع الخ
 ١٧٥ بدايع البداية لجمال الدين ابي الحسن على بن طاهر الوزير الازدى المصرى المتوفى سنة ٦٣٣
 ونه ذيله ايضا ١٧٦ بدايع البديع ١٧٧ بدايع الزهور في وقايح الدور لمحمد بن
 اياس الاديب المصرى وهو من تواريخ مصر في مجلدين [بل اربع مجلدات] اوله الحمد 10

commentatus est ita, ut textum adderet, commentariusque incipit a verbis: Initium
 orationis fit a mentione regis omnia scientis etc. Monet in eo, se illa proferre, quae
Ali Cushji commentator bene meritus contra *Seyyid* disputaverit, haecque refutare.
 In praefatione nomen Sultani *Selím Khán Ibn Bayezid Khán* commemorat. —
 1702. *Bedáye' el-athár*, monumenta rarissima. — 1703. *Bedáye' el-akhbár*,
we rawáje' el-ash'ár, narrationes mirabiles et carmina graviter commoventia,
 auctore *Abu Yusuf Jacúb Ben Soleimán Isferláni*, anno 488 (inc. 11. Jan. 1095)
 5 mortuo. — 1704. *Bedáye' el-as'hár*, incantamenta mirabilia. *Casida* persica de
 carminum artibus in *Rá* exitum habens, quae partem doctrinae ornate dicendi continet,
 auctore *Jemál-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Cawáfi Motarrezí Kenji*. Illam
Mahmúd Ben [Othmán Ben] Abdallah Nejáti Nisabúri persice commentatus est
 difficultates ejus exemplis explicans, commentariumque, qui ita incipit: Laus Deo,
 creatori res rarissimas primum producenti etc., *Wezíro Ghiyáth-ed-din* obtulit. —
 1705. *Bedáye' el-bedáyet*, res initii mirabiles, auctore *Jemál-ed-din Abu'hasan*
Alí Ben Tzáfir Azdí Misri Wezír, anno 623 (inc. 2. Dec. 1226) mortuo. Idem in
 appendice librum continuavit. — 1706. *Bedáye' el-bedi'*, res doctrinae ornate
 dicendi mirabiles. — 1707. *Bedáye el-zohúr fi wecáye' el-dohúr*, miracula
 10 splendoris in eventis temporum, auctore *Mohammed Ben Iyás Misri* Philologo. Una
 Aegyptiarum historiarum est duobus [vel potius quatuor] voluminibus comprehensa,

لله الذى فاوت بين العباد الخ اورد فيه فوائد سنينة تصلح لمجالس المجلس خصه من نحو
 سبعة وثلاثين كتاباً وذكر ما وقع في القرآن والحديث من فضائل مصر وما اشتملت عليه من
 الحجائب ومن نزلها ودخلها من الانبياء ومن ملكها الى الجراكسة ونشأ بها من الاعيان على
 ترتيب الشهور والاعوام وانتبى فيه الى سنة ٩٨ ١٧٨ بدايع الزهور في وقيع اندجور تأريخ
 5 ايضاً للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله
 القديم الاول الخ ذكر فيه انه انتقاه من اثنين وثلاثين تأريخاً فذكر نوادر الوقيع من مبدأ
 الخلق الى زمانه قدم الانبياء ثم للقاء ثم الملوك لكنه لم يكمله ١٧١ بدايع الصنائع في شرح
 تحفة الفقهاء يأتي ١٧٠ بدايع الصنائع رسالة فارسية للشمس الفخري ١٧١ بدايع صنيع
 للامام حجة الاسلام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٥٠ ١٧٣ بدايع الفرائد
 10 للشيخ شمس الدين محمد بن ابي بكر المعروف بابن قيم الجوزية الدمشقي الحنبلي المتوفى سنة ٧٤٠

quae incipit ita: Laus Deo inter homines distinguenti etc. Auctor in ea res pretiosas
 et ad discendum utilissimas, quae consessibus convivae optime conveniunt, protulit,
 easque ex circiter septem et triginta libris excerptis. Ordinem mensium et annorum
 sequens enarrat, quae in Corano et Sunna de virtutibus Aegypti praestantibus leguntur,
 quas res mirabiles illa contineat, qui prophetae eam habitaverint et intraverint, qui
 usque ad dynastiam Circassiorum eam regnaverint, qui viri spectati in ea educati sint.
 Progressus est ad annum 928 (inc. 1. Dec. 1521). — 1708. *Bedāye' el-zohúr*
 fi *wecāye el-dohúr*, miracula splendoris in eventis temporum. Opus pariter 5
 historicum ita incipiens: Laus Deo aeterno primo etc., auctore Sheikh *Jelál-ed-din*
Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Monet in
 eo, se illud ex triginta duobus libris historicis cum delectu conflasse, ita ut res gestas
 splendidiore ab initio mundi usque ad suam aetatem enarraret. Primum prophetas
 commemorat, tum Chalifas et post hos reges, neque tamen opus ad finem perduxit. —
 1709. *Bedāye' el-senāye'*, artes plane novae. Commentarius operis *Tohfet*
el-focahá, de quo infra. — 1710. *Bedāye' el-senāye'*, artes plane novae.
 Tractatus persicus, auctore *Shems-ed-din Fakhri*. — 1711. *Bedāye' sení'*, res
 artificii novae, auctore *Imám Hojjet-el-islám Abu Hámil Mohammed Ben Mohammed*
Ghazáli, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 1712. *Bedāye' el-feráid*,
 miracula margaritarum, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr* 10
Dimeshki Hanbalita, vulgo *Ibn Cayyim-eljauziyet* dicto et anno 751 (inc. 11. Mart.

- ١٧١٣ بدايع القرآن لابن ابي الاصبع [زكى الدين ابي محمد عبد العظيم بن عبد الواحد
انقيرواني ثم المصري المتوفى سنة ١٦٥٢] ١٧١٤ بدايع المطالع لمصطفى بن احمد المعروف بعالي
الدفتري المتوفى سنة ١٠٨١ ١٧١٥ بدايع الملح لصدر الافاضل قاسم بن حسين الخوارزمي
النحوي [الحنفى] المتوفى سنة ٩١٧ ١٧١٦ بدايع الوسط لعبيد علي شير الوزير الشهير بنوآنى
المتوفى سنة ٩٠٩ وهو ديوانه الثالث ١٧١٧ الابداع في الصنائع مختصر اوله الحمد لله الذى 5
خس من شاء بما شاء الخ ١٧١٨ بدر رياض المعارف وشمس سماء اللآلئ فى علم الاسماء
١٧١٩ البدر السائر وحقفة المسافر فى الوفيات لكمال اندين جعفر بن ثعلب الادفوى المتوفى
سنة ٧٢١ واكثر تراجمه من القرن السابع ١٧٢٠ البدر المنير فى خواص الاكسير للشيخ الامام
ايدمر بن علي العجلدكى المصرى شرح فيه قول صاحب الشذور فى انلام الف فى البيت
التاسع الذى يقول فيه اخونا

10

باني بعشرين من الفلك العالى

- 1350) mortuo. — 1713. *Bedáye' El-Cor'an*, miracula Corani, auctore *Ibn Abi Asba'* [*Zekí-ed-din Abu Mohammed Abd-el-atzim Ben Abd-el-wáhid*, primum Cairawanae et postea Misrae inquilino, annoque 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuo. — 1714. *Bedáye' el-metáli'*, ortus siderum memorabiles, auctore *Mustafa Ben Ahmed Dafteri*, vulgo *Ali* dicto et anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuo. — 1715. *Bedáye' el-molah*, miracula narrationum, auctore *Sadr-elafádhil Cásim Ben Hosein Khowarezmi* Grammatico [*Hanefita*], anno 617 (inc. 8. Mart. 1220) mortuo. — 1716. *Bedáye' el-waset*, miracula exquisita, auctore *Mír Alishir* 5 *Wezír*, vulgo *Neráyi* dicto et anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Hoc ejus opus poëmatum tertium est. — 1717. *El-Bedáye' fi el-senáye'*, miracula. Compendium de artibus ita incipiens: Laus Deo, qui iis, quibus vult, peculiariter tribuit, quod vult etc. — 1718. *Bedr riyádh el-meáarif*, luna hortorum cognitionum et sol coeli subtilium observationum de doctrina nominum. — 1719. *El-Bedr El-Sáfir we Tohfet el-musáfir*, luna illucescens et beneficium viatoris. Opus biographicum, maximam partem biographias seculi septimi continens, auctore *Kemál-ed-din Jafar Ben Thaleb Adfawi*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. — 1720. *El-Bedr El-Monír*, luna splendens de virtutibus lapidi sapientium propriis. Sheikh et Imám *Eidemir Ben Ali Jilleki Misri* in hoc opere dictum auctoris libri 10 *El-Shodzúr* in sectione *Lam Elif* versu nono, ubi frater noster dicit:

Quod ego per viginti alti orbis coelestis

- ليحجر ميملاً نفّسَ بعشرين دورة وله ١٧٢١ أبدر المنير في ينبوع الأكسير آلفه بدمشق
- ١٧٢٣ أبدر المنير في تخريج احاديث الشرح الكبير وهو شرح الوجيز يأتي في الواو
- ١٧٢٣ أبدر المنير في علم التعبير للشيخ شهاب الدين أحمد بن عبد الرحمن المقدسي
- المتوفى سنة ٩٩٧ وهو من الكتب المتوسطة فيه وشرحه للخبلي ١٧٢٤ أبدر المنير في شرح
- 5 التيسير يأتي ١٧٢٥ أبدر الذي أنجلى في مسألة الولاء للشيخ جلال الدين عبد الرحمن
- ابن أبي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ ١٧٢٦ بدر الواعظين وذخر العابدين لعبد اللطيف
- المشهور بابن الملك في مجلد أوله الحمد له الذي صير العلماء للإرشاد الخ رتب
- على عشرين مجلساً مشتملاً على الاحاديث والآثار والحكايات والاشعار واعداه الى
- السلطان بايزيد بن محمد خان وذكر أن تأريخ تأليفه لفظ فائض ١٧٢٧ أبدر
- 10 جمع بدعة وهي عرفاً ما أحدثوه بعد النبي صلعم من العادات والعبادات وفيه

ad rem incertam definiendam commentatus est ita, ut ad „per viginti“ mente addendum esse „cyclos“ juberet. — Idem auctor est libri — 1721. El-Bedr El-Monir, luna splendens de fonte lapidis sapientium, quem Damasci composuit. — 1722. El-Bedr El-Monir, luna splendens de traditionibus e Commentario Magno extrahendis. Commentarius hic scriptus est in opus *Wejiz*, de quo litera *Waw* videatur. — 1723. El-Bedr El-Monir fi ilm el-ta'bir, luna splendens de arte somnia interpretandi, auctore Sheikh *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Abd-el-rahman Mocaddesi*, anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuo. Liber pertinet ad intermedios de hac doctrina scriptos, eumque *Hanbali* interpretatus est. — 1724. El-Bedr El-Monir, luna splendens. Commentarius libri *Teisir*, de quo vide infra. — 1725. El-Bedr, luna splendide apparens de quaestione haereditatis manumissione vel amicitia captae, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1726. Bedr el-wáitzín we dzokhr el-ábidín, luna praedicatorum et thesaurus adorantium. Volumen in viginti consessus distributum et traditiones, effata sociorum prophetae, narrationes et poemata complectens, quod Sultano *Bayezid Ben Mohammed Khán* obtulit, tempus, quo opus composuerit, contineri monens verbo *fáidh* i. e. anno 891 (inc. 7. Jan. 1486). Incipit ita: Laus Deo, qui viros doctos ad bene dirigendum fecit etc. — 1727. El-Bida', res novae, 10 pluralis est vocis *bid'et*, quae secundum dictionem usu acceptam consuetudines et varias cultus rationes significat, quas post prophetam novarunt. De hac re inter alios

كتب منها الباعث على انكار البدع والحوادث ودرر المباحث ١٧٢٨ بدعة الخاطر ومتمعة الناظر
 في الكنايات لابي زيد عبد الحنف بن علي وهو كتاب كبير في ثلاث مجلدات ١٧٢١ البدور
 التمام في بديع المقامات للشيخ محمد بن منصور الحداد ١٧٣٠ البدور الزاهرة في القرآت
 العشرة المتواترة لسراج الدين عبد الله بن قاسم الانتصاري المصري الشيبير بالنشار المتوفى
 سنة وهو في مجلد اوله الحمد لله الذي علم الانسان ما لم يعلم الخ ذكر فيه انه اورد كل 5
 مسألة في محلها لتسهيل مطالعته ١٧٣١ البدور السائرة في امور الآخرة للشيخ جلال
 الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المذكور وهو مجلد اوله الحمد لله الذي
 خلق السموات والارض الخ ذكر انه انجز به ما وعد في خطبة كتاب البرزخ من
 كتاب شاف في علوم الآخرة مستوعباً لاحوال النفخ والبعث واحوال الموقف والجنة والنار
 متتبّعاً لذلك من الآيات والاحاديث والآثار ورتب على ابواب مرسلته وقرى عليه في مجالس 10
 آخرها تاسع جمادى الاولى سنة اربع وثمانين وثمانمائة ١٧٣٢ البدور المنيرة في

libri compositi sunt *El-Báith ala inkár el-bid'a we el-hewáðith et Dorer el-mebákhith*. —
 1728. *Bid'et el-khátir we mit'et el-nátzir*, nova inventio animi cogitantis et
 fructus speculantis. Magnus liber trium voluminum de cognominibus, auctore *Abu*
Zeid Abd-el-hacc Ben Ali. — 1729. *El-Bodúr El-Támmát*, lunae plenae
 de iis, quae in consensibus (*Mecámát*) ornate dicta sunt, auctore *Sheikh Mohammed*
Ben Mansúr Hedláð. — 1730. *El-Bodúr El-Záhiret*, lunae splendentes de
 decem recensionibus Corani a majoribus traditis et usu receptis, auctore *Siráj-ed-din*
 5 *Abdallah Ben Cásim Ansári Misri*, vulgo *Neshshár* dicto et anno . . . mortuo.
 Volumen ita incipiens: Laus Deo qui hominem docuit, quod ignoravit etc. Narrat
 auctor, se in libro singulas quaestiones loco suo ad ejus lectionem faciliorem reddendam
 protulisse. — 1731. *El-Bodúr El-Sáfiret*, lunae splendentes. Volumen de rebus
 vitae alterius ita incipiens: Laus Deo qui coelum et terram creavit etc. Auctor
Sheikh Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti modo laudatus monet,
 se illo conficiendo iis, quae in praefatione libri *Berzakh* promiserit, satisfecisse. Se
 enim librum integrum voluisse scribere de doctrinis rerum ultimarum, qui plene et
 perfecte tractet, quae ad tubam, resurrectionem, terrores loci extremi iudicii, paradisum,
 ignem pertineant, ita ut in hunc finem versus coranicos, traditiones et effata sociorum
 10 prophetarum perlustraverit. Opus in capita libere se excipientia disposuit, illudque coram
 ipso in consensibus legebatur, quorum ultimus nono die mensis Jomádi primi anni 884
 (inc. 25. Mart. 1479) habebatur. — 1732. *El-Bodúr El-Moníret*, lunae

ذكر بنى ظهيرة بمكة ١٧٣٣ بدر الشعاع في احكام السماء رسالة للشيخ بدر الدين حسن
بن علاء الدين القونوى [المصرى المتوفى سنة ٧٧٩] ألفها في جمادى الآخر سنة ٧٧٧

١٧٣٤ علم بدائع القرآن

ذكره المولى ابو الخير من جملة فروع علم التفسير ولا يخفى أنه هو علم البديع الآ
5 أنه وقع في الكلام القديم

١٧٣٥ علم البديع

هو علم يعرف به وجوه تفيد الحسن في الكلام بعد رعاية المطابقة لمقتضى المقام ووضوح
الدلالة على المرام فإن هذه الوجوه إنما تعدد محسنة بعد تينك الرعايتين والآ لكان كتعليق
الدرر على اعناق الخنازير فمرتبة هذا العلم بعد مرتبة علمى المعانى والبيان حتى أن بعضهم
10 لم يجعله علمًا على حدة وجعله نيلًا لئلا لکن تأخر رتبته لا يمنع كونه علمًا

splendentes. Historia tribus Meccanae *Beni Tzahiret*. — 1733. *Bedr el-shiá' fi ahkám el-simá'*, luna radorum. Tractatus de legibus musicae, quem Sheikh *Bedr-ed-din Hasan Ben Alá-ed-din Cunewi* [*Misri*, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuus] Jomádi secundo anni 767 (inc. 18. Sept. 1365) confecit. —

1734. *Ilm bedáye' El-Cor'an*. Doctrina figurarum in Corano obviarum.

Molla *Abu'lkheir* eam in numero doctrinarum exegesis coranicae commemorat, constat autem, eandem esse cum doctrina *Bedí'*, praeterquam quod illa ad verbum 5 Corani aeternum transferatur.

1735. *Ilm el-bedí'*. Doctrina ornate dicendi.

Haec est ea doctrina, qua rationes cognoscuntur elegantiae orationi intexendae, ratione habita convenientiae, quam locus et clara voluntatis enunciatio postulat. His rationibus enim non nisi harum duarum rerum respectu facultas orationem elegantem reddendi tribuitur, alioquin idem esset, ac si uniones cervicibus suum affigerentur. Illi doctrinae autem locus datus est post doctrinas sententiarum (*Ilm el-meáni*) et expositionis (*Ilm el-beyán*), ita ut nonnulli eam singularem doctrinam non haberent, sed his appendicis loco adjungerent; neque tamen ordo ejus posterior impedire potest, 10 quominus doctrina absoluta et integra sit, et si ejusmodi rerum ratio haberetur, multae

مستقلًا ولو اعتبر ذلك لما كان كثير من العلوم علمًا على حدة فتأمل وظهر من هذا موضوعه وغرضه وغايته وأما منفعه فإختيار رونق الكلام حتى يبلغ الآن بغير أن ويتعلق بالقلب من غير كدٍ وأما دونوا هذا العلم لأن الأصل أن كان الحسن الذاتي وكان المعاني والبيان مما يكفي في تحصيله لكنهم اعتنوا بشأن الحسن العرضي أيضًا لأن الحسناء إذا عريت من العزيمات ربما يذخل بعض القاصرين عن تتبع محاسنها فيفوت المتمتع بها ثم أن وجهه 5 التحسين الزائد أما راجعة إلى تحسين المعنى أصالة وإن كان لا يخلو عن تحسين اللفظ تبعًا وأما راجعة إلى تحسين اللفظ كذلك فالأولى تسمى معنوية والثانية لفظية وهذا الفن ذكره أهل البيان في آخر علم البيان إلا أن المتأخرين زادوا علينا شيئًا كثيرًا ونظموا فيه قصائد وأفقا كتبًا ومن الكتب المختصة بعلم البديع كتاب البديع لابي العباس عبد الله بن المعتز العباسي المتوفى سنة ١٩١ وهو أول من صنف فيه وكان جملة ما جمع منها سبعة عشر نوعًا 10 ألفه سنة أربع وسبعين ومائتين ولابي أحمد العسكري المتوفى سنة ٣٨٧ وشياب الدين أحمد

doctrinae in numero singularium non essent ponendae. Jam fac rem animo attento expendas. Hinc etiam objectum ejus patet et consilium et summus finis. Ejus utilitas autem in splendore orationis manifestando cernitur, ita ut aurem haec intret sine venia introitus et se in cor sine ullo labore insinuet; hancque doctrinam non nisi eam ob causam ad artis formam composuerunt, quod, quamvis rei caput elegantiae essentialis sint, et sententiae et expositio ad eas res pertineant, quae ad illas consecandas sufficiunt, tamen accidentaliter quoque elegantiae gravitatem diligenter spectarunt, quoniam parum perspicax quicumque saepe nimis socors est, quam ut veneres orationis elegantis, 5 quando ornamentis nudata est, accuratius examinare possit, ita ut omni delectatione inde capienda privetur. Deinde rationes illae, quibus elegantiae ad orationem accedunt, spectant vel ornatum sententiae primitus, quanquam ornatum verborum tanquam rem accedentem non negligant, vel ornatum verborum eodem modo, unde illae sententiales, hae verbales dicuntur. Hanc speciem rhetores in fine doctrinae ornate dicendi commemorant, praeterquam quod seriores illas rationes magnopere auxerunt, et *Casidas* de hac doctrina condiderunt librosque composuerunt. Ad libros autem doctrinam ornate dicendi peculiariter tractantes pertinent *Kitáb el-bedi' Abu'abbasi Abdallah* 10 *Ben-el-motezz* Abbasidae, anno 296 (inc. 30. Sept. 908) defuncti, qui primus de hoc scientiae genere scripsit, et summa generum ornatus, quae collegit, septendecim genera fuerunt. Scripsit autem anno 274 (inc. 28. Mai. 887). Eandem rem tractarunt *Abu Ahmed Askeri*, anno 387 (inc. 14. Jan. 997) mortuus, *Sheháb-ed-din Ahmed*

ابن شمس الدين الحوفي المتوفى سنة والشيوخ المطرزي [ناصر بن عبد السيد بن علي] المتوفى سنة [١١٠] ومنها بديعيات الادباء وفي قصائد مع شروحيها
 ١٧٣١ بديعية الشيخ الاديب صفى الدين عبد العزيز بن سرايا املاها في المجالس آخرها
 في سلخ شعبان سنة ٧٧٧ وسماه كافية البديعية ثم شرحها شرحا حسنا اوله الحمد لله الذي
 5 حلد سحر البيان الخ ذكر فيه ان السكاكي لم يذكر من انواع البديع سوى تسعة وعشرين
 نوعا وجمع مخترعها الاول ابن المعتز سبعة عشر نوعا وعاصره قدامة ابن جعفر انكاتب فجمع
 منها عشرين نوعا توارد معه على سبعة منها فتكامل لهما ثلثون نوعا ويعرف كتابه بنقد
 قدامة ثم اقتدى بهما الناس في التأليف فكان غاية ما جمع منها ابو حلال حسن بن عبد
 الله العسكري المتوفى سنة ٣٤٥ سبعة وثلاثين نوعا ويعرف كتابه بكتاب الصناعتين ثم جمع
 10 منها حسن بن رشيق القيرواني المتوفى سنة ٤٥١ في العمدة مثلها وازاد اليها خمسة
 وستين بابا في احوال الشعر واعراضه وتلاعما شرف الدين [احمد بن يوسف بن احمد]

Ben Shems-ed-din Hauni, anno . . . mortuus, et *Sheikh Motarrezī* [*Nāsir Ben Abd-el-seyyid Ben Ali*], anno [610 (inc. 23. Mai. 1213)] mortuus. Ad ejusmodi libros porro pertinent *Bedīyāt* quoque i. e. *Casidae* philologorum simul cum earum commentariis. —

1736. *Bedīyet*, *Casida* de arte ornate dicendi, quam *Sheikh* et *Philologus Sefi-ed-din Abd-el-aziz Ben Seraya* in consessibus dictavit, quorum ultimus fine mensis *Shabān* anni 757 (inc. 5. Jan. 1356) habebatur, illamque *Kāfiyet el-bedīyet* inscripsit. Postea elegantem ejus commentarium composuit ita incipientem: Laus Deo, qui incantamentum ornatae dictionis permisit etc. *Sekkāki*, inquit, non nisi viginti 8 novem genera ornatae dictionis recensuit. *Ibn-elmo'tezz* autem primus illius doctrinae auctor septendecim genera collegerat, ejusque aequalis *Codāma Ibn Jafar* Scriba viginti, attamen casu septem genera cum illo communia habuit, ita ut iis omnia in unum collecta triginta genera essent. Liber *Codāmae* nomine *Nacd* cognitus est. Deinde utrumque plures in componendo imitati sunt, ita ut summa maxima generum, quae *Abu Hilāl Hasan Ben Abdallah Askeri*, anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuus, collegit, triginta septem genera essent, *Abu Hilāl*que opus nomine *Kitāb el-sinūatein* est insignitum. Tum *Hasan Ben Reshic Cairawāni*, qui anno 456 (inc. 25. Dec. 10 1063) obiit, in opere *Umdet* parem generum numerum collegit, iisque sexaginta quinque capita de affectionibus carminis et qualitatibus accidentalibus ei propriis addidit. Utrumque secutus est *Sheref-ed-din* [*Ahmed Ben Yusuf Ben Ahmed*]

التيفاشى فبلغ بها السبعين ثم تصدّى ليا الشيخ زكى الدين عبد العظيم ابن ابى الاصبع فارسلنا الى التسعين وازاف اليها من مستخرجاته ثلثين سلم له منها عشرون واجرى تلك الانواع فى الآيات القرآنية وسماه المحرير وهو اصح كتب صنّف فيه لانه لم يتكل على النقل دون النقد وذكر انه وثق على اربعين كتابا فى هذا العلم قال الحلى وطالعت مما لم يقف عليه ثلثين كتابا فنظمت مائة وخمسة واربعين بيتا فى البحر البسيط يشتمل على مائة واحد 5 وخمسين نوعا ١٧٣٧ بديعية للشيخ ابى بكر بن على المعروف بابن حجة الحموى المتوفى سنة ٨٣٧ سماها تقديم ابى بكر فى مائة وثلاثة واربعين بيتا مشتملا على مائة وستة وثلاثين نوعا ثم شرحها شرحا مفيدا وهو مجموع ادب قل ان يوجد فى غيره ولعلّ متبّعه يستغنى عن غيره من الكتب الادبية ولو لم يكن فيه الا جودة الشواهد لكل نوع من الانواع مع ما امتاز به من الاستكثار من ايراد نوادر العصريين فان مصنفه 10 يرتفع عنه كلفة العارضة وهذا وحده مقصود لكل حاذق كذا نقل من خط ابن حجر

Teifushi, ita ut eorum numerum ad septuaginta amplificaret. Deinde iis Sheikh *Zeki-ed-din Abd-el-atzim Ben Abi'l-asba'* operam dedit, genusque nonagesimum complevit. Huic numero triginta genera suo Marte adjunxit, quorum nimirum ei viginti tantum propria erant, et haec genera in versibus coranicis obvia esse demonstravit. Librum *Tehrir* inscripsit, isque librorum de hac materia scriptorum certissimus est, quoniam nulla auctoritate praeter librum *Nacd* nititur. Narrat etiam, se quadraginta 5 libros de hac doctrina cognovisse, et *Halli*: Ego, inquit, triginta libros legi, quos ille non inspexit, quo factum est, ut centum quadraginta quinque versus metro *Besit* conderem, centum quinquaginta unum genus complectentes. — 1737. *Bediyyet*, carmen de arte ornate dicendi centum quadraginta trium versuum, centum triginta sex genera tractans, quod Sheikh *Abu Bekr Ben Ali Hamawi*, vulgo *Ibn Hojjet* dictus et anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortuus, composuit et *Tecdin* nominavit. Postea in illud commentarium fructuosum scripsit, qui thesaurus rerum philologicarum est tam copiosus, ut illae vix in alio inveniantur, et fortasse, qui eum accuratius examinaverit, ceteris libris philologicis carere possit. Et si ei exceptis egregiis locis 10 singula genera probantibus nihil inesset, praeterquam quod locorum splendorum, quos aequales ediderant, prolatorum multitudine excellit, certe auctor ejus nimis altus est, quam ut tantum operae in assumendo ponat, quod unicuique consilium est cujusvis perspicacis. Haec tradita sunt secundum verba, quae *Ibn Hajr* parti exempli

على ظير نسخة منها ١٧٣٨ بديعية الشيخ عبد الرحمن بن احمد بن علي الحميدى
 هذا فيها حذر الصفى وضمنها زيادة انواع ثم شرحها وسماه فتح البديع بشرح تمليج البديع
 بمدح الشفيق وهو شرح حافل اوله الحمد لله الذى جبر ببيان بديع صنعه الالباب والافهام
 الخ ثم اختصره وضم اليه المعانى وسماه منج السميع بشرح تمليج البديع وثرغ في جمادى
 5 الاولى سنة ٩١٣ قال الشيباب في خبايا الروايا وكنت رأيت فيها في اوائل الطلب اغلاظا كثيرة
 فلما نبتته عليها حنق حنقا شديدا وزعم انه حجابى فكتبت اليه متيكا رسالة انتبى

١٧٣٩ بديعية الاديب شعبان بن محمد القرشى المصرى [المتوفى سنة ١٢٨٠] اولها

دع عنك سلعا وسل عن ساكن الحرم

١٧٤٠ بديعية الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١

10 ويسمى نظم البديع ثم شرحها ١٧٤١ بديعية لشرف الدين اسمعيل بن ابي بكر المعروف

hujus carminis aversae propria manu inscripserat. — 1738. *Bediyyet, Casida de arte ornate dicendi, in qua Sheikh Abd-el-rahman Ben Ahmed Ben Ali Homeidi vestigia Sefi-ed-dini pressit, eique plura genera inseruit. Postea illam commentatus est, commentariumque copiosum, qui ita incipit: Laus Deo, qui explicatione praestantiae rerum a se creatarum corda et ingenia fracta integritati reddidit etc., inscripsit: Fal'h el-bed' i. e. Ars ornate dicendi commentario elegantiarum ejus demonstrata, cui praeter ceteros laus intercessoris tribuitur. Tum eum sententiis additis in epitomen coegit, quam cum Jomadi primo anni 993 (inc. 24. Dec. 1585) absolvisset, 5 *Manh el-semi' bi sharh temlih el-bed' inscripsit. Sheháb - ed - din in Khabáyú el-zecáyú: Vidi, inquit, in carmine initio studiorum meorum multos errores, ad quos cum ejus animum advertissem, graviter mihi iratus est, meque satira perstringere cogitavit, quo factum est, ut vehementi ira accensus ei epistolam scriberem. Haec ille. — 1739. Bediyyet, Casida de arte ornate dicendi, ita incipiens:**

Mitte Sil'a et quaere non nisi Meccae habitorem,

auctore *Sha'bán Ben Mohammed Coreshi Misri* [anno 828 (inc. 23. Nov. 1424) mortuo]. — 1740. *Bediyyet, carmen de arte ornate dicendi, Natzm el-bed' inscriptum, auctore Sheikh Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Postea illud commentatus est. — 1741. Bediyyet, 10 carmen de arte ornate dicendi, auctore Sheref-ed-din Ismail Ben Abi Bekr Yemeni,*

بابن المقرئ اليمى المتوفى سنة ٨٣٧ وشرحها شرحًا حسنًا ١٧٤٢ بديعية انشيوخ عز الدين
الموصلى ووجيه الدين عبد الرحمن بن محمد اليمى المتوفى في حدود سنة ٨٠٠ وشرحها
شرحًا شافيًا وافيًا وشهاب الدين احمد العطار وسماها الفتح الاى في مطارحة لللى وشرف
الدين عيسى بن حجاج المعروف بعويس [المتوفى سنة ٨٠٧] ١٧٤٣ بديعية انشيوخ شمس
الدين ابى عبد الله محمد بن جابر الاندلسى [البوارى المالكى المتوفى سنة ١١٠٠] وصى 5
قصيدة مسماة بالحلة السبرى في مدح خير الورى اولها
بطيبة. انزل ويوم سيد الامم

شرحها شهاب الدين ابو جعفر احمد بن يوسف بن مالك الرعينى الاندلسى [المتوفى
سنة ٧٧١] اوله الحمد لله البديع الافعال الرثبع عن الامثال الخ ١٧٤٤ بديع ابن
منقذ [الامير الكبير اسامة بن مرشد ابى المعشر الشيرازى المتوفى سنة ٥٠٤] 10
١٧٤٥ بديع الاحوال ١٧٤١ بديع الاسماء فى ماعية الحمى لابي عبد الله محمد

vulgo *Ibn-elmocri* dicto et anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortuo. Idem egregium
commentarium in illud scripsit. — 1742. *Bediyyet*, carmen de arte ornatè dicendi,
auctoribus Sheikh *Izz-ed-din Mansili* et *Wejih-ed-din Abd-el-rahman Ben
Mohammed Yemeni*, circa annum 800 (inc. 24. Sept. 1397) mortuo. Idem in illud
commentarium utilem et integrum scripsit. Porro scripserunt *Sheháb-ed-din Ahmed
Attár*, qui opus *El-Fat'h El-Áli fi motúrihet El-Halli* nominavit, et *Sheref-ed-din
Isa Ben Hejjáj*, vulgo *Oweis* dictus [et anno 807 (inc. 10. Jul. 1404) mortuus]. —
5 1743. *Bediyyet*, *Casida* de arte ornatè dicendi Sheikh *Shems-ed-din Abu Abdallah
Mohammed Ben Jábir Andalusi* [*Heicári* Malikita, anno 780 (inc. 30. Apr. 1378)
defuncti], *El-Hillet El-Siyará* nominata et ita incipiens:

Medinae sedem elige et pete principem populorum.

Eam *Sheháb-ed-din Abu Jafar Ahmed Ben Yusuf Ben Málík Ro'eini Andalusi*
[anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) defunctus] commentatus est, commentariusque incipit:
Laus Deo opera nova facienti et nimis alto, quam ut sibi pares habeat etc. —
10 1744. *Bedi' Ibn Monckidz*, ars ornatè dicendi, auctore *Ibn Monckidz* [Emir
Magno *Osúma Ben Murshid Abu'l-motzaffer Shirázi*, anno 584 (inc. 2. Mart.
1188) mortuo]. — 1745. *Bedi' el-ahwál*, liber status egregie monstrans. —
1746. *Bedi' el-asmá*, liber nominum egregius de ratione febris, auctore *Abu*

ابن موسى الدوالي المتوفى سنة ٧١٠ ١٧٤٧ بديع البديع في مدح الشفيح لابي سعيد محمد
 ابن داود المصري الشاذلي عارض بها الصفي الخلى ١٧٤٨ بديع الفوائد لمحمد بن ابي بكر
 ابن قيم الجوزية مشتمل على فوائد مرسله اوله الحمد لله ولا قوة الا بالله الخ ١٧٤٩ بديع
 المعاني في انواع التهناني لابي العباس احمد بن محمد الدنيسري المتوفى سنة ٧١٤
 ١٧٥٥ بديع المعاني في شرح عقيدة الشيباني يأتي ١٧٥١ بديع النظام للجامع بين كتابي
 البيزوي والاحكام للشيخ الامام مظفر الدين احمد بن علي المعروف بابن الساعاتي البغدادي
 الخفي المتوفى سنة ٦١٤ مختصر لطيف اوله الخير ذاتك الليم يا واجب الوجود الخ جمع فيه
 زبدة كلام الآمدي والبيزوي كما جمع صاحب التنقيح بين ابن حاجب والبيزوي قال قد
 منحتك آيها الطالب بهذا الكتاب البديع في معناه المطابق اسمه لسماءه خصته من كتاب
 10 الاحكام ورتبته بالجواهر من اصول فخر الاسلام انتبى ولاشتراك ذلك الكتاب بين

Abdallah Mohammed Ben Musa Dewáli, anno 790 (inc. 11. Jan. 1388) mortuo. — 1747. *Bedí' el-be'dí'*, liber ornata dictione conspicuus de laude intercessoris, in quo *Abu Saïd Mohammed Ben Dawud Misri Shád-zili Sefi-ed-din* Halli imitatus est. — 1748. *Bedí' el-fewáïd*, liber institutionibus egregiis excellens, auctore *Mohammed Ben Abi Bekr Ben Cayyim-eljauziyet*. Continet demonstrationes libere se excipientes, et incipit ita: Laus Deo. Non est potentia nisi in Deo etc. — 1749. *Bedí' el-meáni*, liber sententiis excellens de variis salutationis generibus, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Doneiseri*, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. — 1750. *Bedí' el-meáni*, liber sententiis excellens. Commentarius operis 5 *Ackidet a Sheibáni* compositi, de quo vide infra. — 1751. *Bedí' el-nitzám*, liber ordine egregius, qui opus *Pezdewü* et *Ahkám* conjungit, auctore Sheikh et Imám *Motzaffir-ed-din Ahmed Ben Ali Baghdádi* Hanefita, vulgo *Ibn-elsúati* dicto et anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo. Compendium lepidum, quod ita incipit: Tu, cujus essentia bona est, o Deus necessario existens etc. Auctor in eo praecipua illorum collegit, quae *Amidi* et *Pezdewi* docuerant, eodem modo, quo auctor libri *Tenckih* praecepta *Ibn Hájibi* et *Pezdewü* conjunxit. „Tibi, inquit, o studioso, hunc librum proprio suo sensu egregium (*bedí'*) dono, cujus nomen ei, quod illo nominatur, plane convenit. Eum potiore partem ex opere *Ahkám* excerpsti, gemmisque ex *Osúl*, libro 10 *Fakhr-elislámi*, ornavi.“ — Haec ille. — Et quoniam hic liber inter doctores

الاصوليين تصدى لشرحه جماعة من الحنفية والشافعية لان الآمدي شافعي منهم ابن امير
الحاج موسى بن محمد التبريزي الحنفي المتوفى سنة ٧٣١ وسماه الربيع في شرح البديع
وعثمان بن عبد الملك الكردي المصري الحنفي المتوفى سنة ٧٣٨ وشمس الدين محمود بن
عبد الرحمن الاصفهاني الشافعي المتوفى سنة ٧٤١ وهو شرح بالقول سماه بيان معاني البديع
اوله الحمد لله الذي خلق الخلق الخ وزين الدين علي بن حسين المعروف بابن الشيخ 5
عوبنة الموصل الشافعي المتوفى سنة ٧٥٥ والشيخ العلامة سراج الدين ابو حفص عبد الله بن
اسحق الغزنوي الهندي الحنفي المتوفى سنة ٧٧٣ وهو شرح بالقول في اربعة مجلدات سماه
كاشف معاني البديع وبيان مشكله المنيع اوله الحمد لله الذي مهد قواعد الفقه الخ وشرح
العلامة كمال الدين محمد بن عبد الواحد ابن البمام الحنفي المتوفى سنة ٨١٤ صرح به في
شرح الهداية حيث قل وقد اوضحناه فيما كتبناه على البديع وشرح الشيخ المعروف بابن 10

utriusque doctrinae, *Osul el-fic'h* et *Osul ed-din* participatus est, multi Hanefitarum
et Shafititarum ad eum commentandum se accinxerunt, cum *Amidi* Shafita esset.
Inter illos fuerunt *Ibn Emir-elh'ajj Musa Ben Mohammed Tibrizi* Hanefita, anno 736
(inc. 21. Aug. 1335) mortuus, qui commentarium *El-Refi' fi sharh El-Bedi'*
inscripsit — *Othman Ben Abd-el-melek Kurdi Misri* Hanefita, anno 738 (inc.
30. Jul. 1337) mortuus — *Shems-ed-din Mahmud Ben Abd-el-rahman Isfahani*
Shafita, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, cujus commentario, *Beyan me'ani*
El-Bedi' inscripto et ita incipienti: Laus Deo, qui homines creavit etc., ea tantum
5 textus verba adscripta sunt, quae ille explicuit. — Porro *Zein-ed-din Ali Ben*
Hosein Mausili Hanefita, vulgo *Ibn-elsheikh Oweina* dictus et anno 755 (inc. 6. Jan.
1354) mortuus — *Sheikh* doctissimus *Siraj-ed-din Abu Haf's Abdallah Ben Is'hac*
Ghaznawi Hindi Hanefita, anno 773 (inc. 15. Jul. 1371) mortuus, cujus commentarius
e quatuor voluminibus constans et *Kashif me'ani El-Bedi' we beyan mushkiliki el-men'*
inscriptus, eandem rationem, quam *Shems-ed-din* commentarius, sequitur et ita
incipit: Laus Deo, qui fundamenta jurisprudentiae disposuit etc. — vir doctissimus
Kemal-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Ibn-elhemmam Hanefita, anno 861
(inc. 29. Nov. 1456) mortuus, qui commentarium suum diserte in commentario ad
10 opus *Hidayet* nominat, ubi dicit: Jam haec (de quibus modo locutus erat) in iis
explicuimus, quae ad opus *El-Bedi'* adnotavimus — et *Sheikh Jeb'r Ben Jelebi*,

خطيب جبر بن جلي المتوفى سنة ٧٣٩ ومن الخواشي على البديع حاشية محب الدين محمد
ابن احمد المعروف بمولانا زاده الخنفي المتوفى سنة ٨٥١ ١٧٥٣ بديع الجمال المعلم في حصر
ما لا يعلم ويعلم للقاضي جمال الدين عبد القادر العيودي اليميني ١٧٥٣ بديع الزمان في
قتة حتى بن يقشان فارسي لفضل الله بن روزبهان الخنجي الاصفهاني ألفه سنة ٨٥١ واخذه
5 الى السلطان يعقوب البيندي وعو كتاب موضوع في كيفية تدرج الناطقة في مراتب قوتى
النظرية والعملية ونوائد جزيلة ١٧٥٤ البديع والبيان عن غوامض القرآن في التفسير
مجتهدين لحسن بن فتح [بن حمزة] الهمداني المتوفى [بعد] سنة [٥٠٠] قال ابن الصلاح وجدته
يدل على انه كان ذا عناية بالعربية والكلام ١٧٥٥ البديع في النحو للامام ابى السعادات مبارك
ابن محمد المعروف بابن اثير الجزري المتوفى سنة ٩٠٩ وللشيخ محمد بن مسعود الغزي ذكره
10 ابن عشام في المغني ومناه ابن الركي وقد خالف فيه النحاة واكثر ابو حيان من النقل عنه

vulgo *Ibn Khatib* dictus et anno 739 (inc. 20. Jul. 1338) mortuus. Inter eos, qui glossas ad opus *El-Bedi'* ediderunt, fuit *Mohibb-ed-din Mohammed Ben Ahmed Hanefita*, vulgo *Mevlanazadeh* dictus et anno 859 (inc. 22. Dec. 859) mortuus. — 1752. *Bedi' el-jemal*, liber elegantia conspicuus et in iis, quae nota et quae ignota sunt, determinandis insignis, auctore *Cadhi Jemal-ed-din Abd-el-cadir Aideri Yemeni*. — 1753. *Bedi' el-zeman*, miraculum temporis. Liber persicus de historia *Hayyî Ben Yactân*, quem *Fadhlallah Ben Ruzbehân Khanji Isfahani* anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) composuit et Sultano *Yacub Bayanduri* obtulit. Compositus est primitus de ratione, qua facultas ratiocinandi gradus virium speculativarum et practicarum et demonstrationum subtilium ascendat. — 1754. *El-Bedi' we El-Beyân*, ornata dictio et expositio de locis Corani intellectu difficilibus. Commentarius in Coranum duorum voluminum, auctore *Hasan Ben Fat'h [Ben Hamza] Hemdani* [post] annum [500 (inc. 2. Sept. 1106)] mortuo. — *Ibn-elselâh*: Inveni, inquit, eum talem, ut demonstret, auctoris curam in lingua arabica et metaphysica versatam esse. — 1755. *El-Bedi' fi el-nahw*, liber egregius de grammatica, auctoribus *Imâm Abu'lseûdât Mobârek Ben Mohammed Jezeri*, vulgo *Ibn Athir* dicto et anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo, et *Sheikh Mohammed Ben Mes'ûd Ghazzi*. *Ibn Hishâm* illum in *Mughni* commemorat, eundemque *Ibn-elzekki* 10 nominat, et: Grammatici, inquit, de eo dissentiunt, et *Abu Heyyân* multa habet inde

- ١٧٥١ البديع في الممالك الإسلامية لعبد الله بن محمد بن أحمد البتاء المقدسي
 ١٧٥٧ البديع في الفروع للشيخ أبي بكر بن سابق المالكي ١٧٥٨ البديع في النجبر والمقابلة
 لفخر الدين محمد بن الحسن الوزير وهو من الكتب المتوسطة فيه ١٧٥٩ البديع في نقد
 الشعر لأبي عبد الله محمد بن يوسف الكفرطابي المعروف بأبي المنيرة ١٧٦٠ بديع في شرح
 فصول ابن اندلسي في الفاء ١٧٦١ بذل انعمسجد لسؤال المسجد رسالة للشيخ جلال 5
 الدين عبد الرحمن بن أبي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ ١٧٦٣ بذل العطاء في كشف الغطاء
 في الكيمياء ل محمد بن شمس الدين ابن الدواجا الحلبي القاضي بلادقيا ألفه سنة ٩٩٣ وهو
 مجلد أوله الحمد لله الذي خلق الانسان من تراب الخ رتب على مقدمة وثلاثة
 ابواب وخاتمة ١٧٦٣ بذل الماعون في فضل الطاعون للشيخ شباب الدين احمد
 ابن علي ابن حاجر العسقلاني المتوفى سنة ٨٥٦ وهو مختصر اوله الحمد لله على كل 10

- assumta. — 1756. El-Bedí' fi el-memálik el-islámíyet, liber egregius de regnis islamicis, auctore *Abdallah Ben Mohammed Ben Ahmed Benná Mocaldesi*. — 1757. El-Bedí' fi el-forú', liber egregius de partibus juris specialibus, auctore Sheikh *Abu Bekr Ben Sábic* Malikita. — 1758. El-Bedí' fi el-jebbr we el-mocábilet, liber egregius de reductione per aequationem, auctore *Fakhr-ed-din Mohammed Ben-elhasan* Wezir. Pertinet ad libros de hac doctrina intermedios. — 1759. El-Bedí' fi naed el-shi'r, liber excellens de carminibus pravioribus a melioribus discernendis, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Yusuf Kafrtábi*, 5 vulgo *Ibn-elmoníret* dicto. — 1760. Bedí', liber excellens. Commentarius ad *Fosúl*, opus *Ibn-eldekháni*, de quo in litera *Fá* videatur. — 1761. Badzl el-asjad, distributio larga auri pro precibus in Mesquita. Tractatus, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1762. Badzl el-atá fi kashf el-ghatá, distributio larga donorum de rebus occultis in Alchymia recludendis. Volumen, quod *Mohammed Ben Shems-ed-din Ibn-eldeucájá Halebi* Laodiceae judex anno 993 (inc. 24. Dec. 1585) composuit. Incipit ita: Laus Deo, qui hominem e pulvere creavit etc., et in praefationem, tria capita et conclusionem dispositum est. — 1763. Badzl el-má'ún, distributio larga rerum utilium. Compendium de judicanda pestilentia, quod ita incipit: Laus Deo pro quavis 10 conditione etc. Sheikh *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascááni*, qui anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) obiit, in eo traditiones de pestilentia prolatas collegit,

حال الخ جمع فيه الاحاديث الواردة في الطاعون وشرح غريبها ورتب على خمسة ابواب
 وفرغ في جمادى الاخرة سنة ثلاث وثلاثين وثمانمائة ومختصره المسمى بما رواه الواعون في
 اخبار الطاعون للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١
 حذف فيه الاسانيد وما وقع استطراداً وتخصه ايضا شرف الدين يحيى [بن محمد بن محمد]
 5 المناري [الشافعي المتوفى سنة ٨٧١] ١٧٤٤ بذي الحجود شرافة محمود رسالة للشيخ جلال
الدين السيوطي المذكور جمع فيها من عاش من الصحابة مائة وعشرين سنة
 ١٧٥٥ بذي الهمة في طلب براءة الذمة للسيوطي ايضا ١٧٩١ البديخ على كتب الطبيب
 مجلد على اربعين باباً كلها في طبخ انواع الاطعمة وقواعدها اوله الحمد لله الذي جاد
 علينا بنعمه الخ ١٧٦٧ البرء الاتم في الاخلاقين مجلدين للشيخ الرئيس ابي علي
 10 حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٧ . ١٧٦٨ براعة الاستيلاء لعبد الرحمن

dictiones earum peregrinas commentatus est, illudque in quinque capita dispositum
 Jomádi secundo anni 833 (inc. 30. Sept. 1429) ad finem perduxit. Epitome ejus,
Má reváho el-wá'un fi akhbár el-tá'un inscripta, Sheikhum *Jelál-ed-din*
Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuum,
 auctorem habet, qui in ea auctoritates et quae ex occasione et fortuito inserta erant,
 resecurit. Potiora ejus pariter *Sheref-ed-din Yahya* [*Ben Mohammed Ben Mohammed*]
Monáwi [Shafiita, anno 871 (inc. 13. Aug. 1466) mortuus], excerpit. — 1764. Badzl 5
 el-mejhúd, distributio larga eorum, de quibus magna cura adhibita est, pro
 bibliotheca *Mahmúdi*. Tractatus, in quo Sheikh *Jelál-ed-din Soyúti* modo laudatus
 socios prophetae collegit, qui centum viginti annos vixerunt. — 1765. Badzl
 el-himmet, larga mentis effusio in quaerenda libertate tributariorum, auctore eodem
Soyúti. — 1766. El-Bedzikh ala kotob el-tebíkh, opus sublime ad libros de
 coquinaria. Volumen in quadraginta capita digestum, quae omnia artem varios cibos
 coquendi et eorum praecepta primaria tractant. Incipit ita: Laus Deo, qui beneficiis
 suis nobis bene fecit etc. — 1767. El-Bar'o El-Atamm, sanatio perfectissima
 de morum praeceptis. Duo volumina, auctore Sheikh *Reyís Abu Ali Hosein Ben* 10
Abdallah Ibn Sina, anno 427 (inc. 5. Nov. 1035) mortuo. — 1768. Beráat
 el-istihlál, splendor novae lunae apparentis. Compendium ita incipiens: Quamdiu
 ex locis ortus verborum interlunia sententiarum prodeunt etc., in quo *Abd-el-rahman*

ابن عيسى بن مرشد العمري الحنفي المفتي بمكة [المقتول سنة سبع وثلثين بعد الالف] وهو مختصر ألفه في شعبان سنة 1005. اوله ما برغت من مطالع الالفاظ اخلة المعاني الخ اخترع فيه طريقة يستخرج منها غرة اليلال من سنى الهجرة الى غير النباية ورتب على ثلثة ابواب وخاتمة ضمنها فوائد كثيرة مما يتعلف بذلك

5

علم البرد ومسافاتها

والبرد بضمين جمع بريد وهو عبارة عن اربعة فراسخ وهو علم يتعرف منه كمية مسالك الامصار فراسخ وامبالا وانها مسافة شيرية او اقل او اكثر ذكره ابو اللخير من فروع علم البيئية وذلك اولى بان يسمى علم مسالك الممالك مع انه من مباحث جغرافيا
177. برد الاكباد عند فقد الاولاد مختصر اوله الحمد لله للحاكم العادل فيما قدره الخ

للحافظ شمس الدين محمد بن ناصر الدين الدمشقي [المتوفى سنة 843] 171 برد الاكباد 10
في الاعداد لابي منصور عبد الملك بن محمد بن اسمعيل النعالي المتوفى سنة 43. مختصر

Ben Isa Ben Murshid Omari Hanefita, Meccae Mufti, anno 1037 (inc. 2. Sept. 1627) occisus, novam rationem iniiit, qua primus novae lunae splendor ab annis Hejrae inde usque ad tempus infinitum eruitur. Illud in tria capita et conclusionem disposuit, mense Shaban anni 1005 (inc. 15. Aug. 1596) absolvit, eique multa ad discendum utilia eorum, quae ad illam rem pertinent, inseruit.

5

1769. *Ilm el-borod we mesáfátiha. Doctrina cursus publici ejusque stationum.*

Vox borod (cursus publici) pluralis est formae berid, quae spatium quatuor parasangarum significat. Est autem ea doctrina, qua quantitas viarum ab una urbe ad alteram parasangis et milliariis cognoscitur, et utrum distantia sit menstrua, an minor, an major. Abu'lkhair eam in doctrinis astronomiae secundariis retulit, attamen magis convenit, illam Ilm mesúlik el-memálik (doctrinam tractuum regnorum) appellare, praesertim cum ad eas res pertineat, de quibus in geographia quaeritur.

1770. *Bard el-akbád, refrigeratio jecorum in liberorum amissione, auctore*
10 *Háfiz Shems-ed-din Mohammed Ben Násir-ed-din Dimeshcki [anno 842 (inc. 24. Jun. 1438)] mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo judici justo in eo, quod decrevit etc. — 1771. Bard el-akbád, refrigeratio jecorum in iis, in quibus aliquid enumeratur. Compendium ita incipiens: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus Excelsus pro beneficiis suis etc. Auctor Abu Mansúr Abd-el-melek Ben Mohammed Ben Ismail Théúlibi, qui anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) obiit, illud in*

- اوله انا بعد حمد الله تعالى على آله الخ رتب على خمسة ابواب جمع فيه ما ورد على
التعداد من الحكم والآثار والاشعار ١٧٢ برد الظلال في تكرر السؤال رسالة للشيخ جلال
الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ١١١٣ هـ بر الوالدين للامام ابي
عبد الله محمد بن اسمعيل البخاري المتوفى سنة ٢٥٩ هـ يرويه عنه محمد بن ذكرومة الوراق
5 وهو من تصانيفه الموجودة ذكره ابن حجر ١٧٤ البر الجلي والنظر الحفي للشيخ اثير الدين
ابي حيان محمد بن يوسف الاندلسي المتوفى سنة ٤٢٥ هـ ١٧٥ يرتونامة في التصوف
١٧٦ برقة الانوار ولمعة الاسرار [البرق الساطع في تلخيص انبارع شمس الدين
احمد بن تمرغا في الاحكام] ١٧٨ البرق الشامي في التاريخ لابي عبد الله محمد
ابن محمد المعروف بالعماد الكاتب الاصفهاني المتوفى سنة ٥٩٧ هـ بدأ فيه بذكر نفسه
10 وذكروا من الفتوحات الشامية وشبه اوقاته بالبرق الخاطف ثم بسط اخبار السلطان
صلاح الدين وفتوحاته وحوادث الشام في ايامه وهو كتاب كبير في سبع مجلدات

quinque capita disposuit, in eoque apophthegmata, dicta tradita et poemata, quae enumerata sunt, collegit. — 1772. Bard el-tzilál, refrigeratio umbrarum in repetendis precibus. Tractatus, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1773. Birr el-wálidín, pietas parentum, auctore Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaíl Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. Teste illo librum *Mohammed Ben Dzakrama Werrác* commemorat, isque ad illius opera, ut *Ibn Hajr* monet, quae exstant, pertinet. — 5 1774. El-Birr El-Jali we El-Natzr El-Khafi, justitia manifesta et speculatio occulta, auctore Sheikh *Athir-ed-din Abu Heyyún Mohammed Ben Yusuf Andulusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. — 1775. Pertew-námeh, liber splendoris de Theosophia. — 1776. Barcat el-anwár we lam'at el-asrár, fulmen luminum et splendor arcanorum. — 1777. [El-Barc El-Sáti', fulmen diffusum. Epitome operis *Bári'* de astrologia judiciaria, auctore *Shems-ed-din Ahmed Ben Tamarbogha*]. — 1778. El-Barc El-Shámi, fulmen Syriacum. Opus historicum, in quo *Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed Kútib* (Scriba) *Isfaháni*, vulgo *Imád-ed-din* dictus et anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuus, a sui ipsius mentione incipit, partemque victoriarum Syriacarum recenset, et tempora sua cum fulguribus 10 occaecantibus comparat. Deinde historiam Sultani *Saláh-ed-din*, ejus victorias et res ejus tempore in Syria gestas fusius enarrat. Magnum opus est septem volumina

1779. البرقة الربانية في الاسرار الفرقانية 1780. البرقة اللامعة والبيمة الجامعة 1781. البرقة النورانية في الاسرار السليمانية 1782. البرق اللامع والغيث الناعم في فضائل القرآن لابي بكر محمد بن احمد بن محمد الغساني الوادياشي تحق فيه زيادة ما في كتب فضائل القرآن وخواصها وعدد الآيات والحروف 1783. البرق الموع كشف الحديث الموضوع لقطب الدين محمد بن محمد الخيصرى الشافعي المتوفى سنة 814 هـ وهو الحديث المذكور في الاحياء لصلوة 5 الرغائب جرد ما لابن حجر من المناقشة مع ابن الجوزي في الموضوعات مما هو بيومامش نسخته وغيرها ثم ضم ذلك لتلخيصه الاصل 1784. البرق الوامس في شرح تائبة ابن القارض ياقى 1785. البرق اليماني في الفتح العثماني في انتاريخ العلامة قطب الدين محمد ابن احمد المكي المتوفى سنة 918 هـ مجلد اوله الحمد لله الذى نصر الدين الحنفى بصارم وسان الخ آفد للوزير سنان پاشا ورتب على اربعة ابواب وخاتمة ذكر في اوله من ملك اليمن 10

complectens. — 1779. El-Barcat El-Rebbaniyet, fulmen dominicum de arcanis Corani. — 1780. El-Barcat El-Lámiat we El-Heiat El-Jámiat, fulmen splendens et forma copiosa. — 1781. El-Barcat El-Nuraníyet, fulmen lucidum de arcanis Salomonis. — 1782. El-Barc El-Lámi' we El-Gheith El-Hámi', fulmen splendens et pluvia defluens, de virtutibus Corani. *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Ben Mohammed Ghassáni Wadiashi* (Gaditanus) potiora in hoc opere selegit, quae in libris de virtutibus Corani, earum proprietatibus et numero versuum et literarum traduntur. — 1783. El-Barc El-Lam ú', fulmen splendens ad traditionem 5 fictam detegendam, auctore *Cotb-ed-din Mohammed Ben Mohammed Heidheri Shafiita*, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuo. Est autem traditio illa, quae in opere *Ihyá* commemoratur ut exemplum precationis, qua bona petuntur. Ea hic auctor, quae *Ibn Hajr* de traditionibus fictis cum *Ibn-eljauzi* disputaverat, separatim dedit ex illis, quae in marginibus sui exempli et aliorum legebantur. Postea haec epitomae suae archetypi adjecit. — 1784. El-Barc El-Wámidh, fulmen micans. Commentarius *Casidae*, in *Tá* exitum habentis, quam *Ibn-elfáridh* condidit. Vide infra. — 1785. El-Barc El-Yemáni, fulmen Yemenense de victoria Othmanica. Opus historicum unius voluminis ita incipiens: Laus Deo religionem orthodoxam gladio et hasta defendenti etc., quod vir doctissimus *Cotb-ed-din Mohammed Ben Ahmed Mekki*, 10 anno 988 (inc. 17. Febr. 1580) defunctus, *Wezíro Sinán Pasha* composuit, et in quatuor capita et conclusionem digessit. Enarrat in primo capite, qui Yemanam a seculo

من اول القرن العاشر الى الفتح العثماني وفي ثانيه وثالثه الفتح العثماني وفي رابعه من ملك تلك الممالك وذكر في آخره فتح تونس وخلف الواد اجمالاً واعداداً الى الوزير المذكور وهذه النسخة في النسخة الاولى التي كتبها في الدولة السليبية والنسخة المتداولة في الثانية المكتوبة في الدولة المرادية واعداداً الى الوزير محمد باشا وفي على مقدمة وثلاثة ابواب 5 وخاتمة وذكر في الاعلام ان الوزير المذكور اعطاه نسخة من تأريخ اليمن المنظومة بالتركي للمرحوم مصطفى بك الرموزي امير اللواء ودفتردار اليمن وذكر انه تأريخ لطيف غير انه لما كان منظوماً لم يتمكن ناظمه من اداء المعنى بالتمام لكنه اقر بالانتفاع منه في كثير من الاختبار ثم نقله المولى مصطفى بن محمد المعروف بخسروزاده المتوفى سنة 1٧٨٨ من العربية الى التركية 1٧٨٩ البركة في مدح السعي والحركة للشيوخ جمال الدين محمد بن عبد الرحمن 10 للبيشي اليمني المتوفى سنة [٧٧٩] 1٧٧٧ بروج الانوار ولوامع الاسرار 1٧٨٨ البروق اللوامع فيما اردن على جمع للجوامع ياتي 1٧٨٩ البروق والفواظف للشيوخ عبد الوهاب بن احمد الشعرائي

decimo ineunte usque ad expugnationem Othmanicam imperio tenuerunt, in secundo et tertio expugnationem Yemanae per Othmanos, et in quarto eos commemorat, qui his regnis praefuerunt. Ad finem expugnationem Tunetis et ostii *Khalc el-wádi* summam refert, librumque Wezíro laudato obtulit. Haec recensio prima est, quam regnante *Selimo* scripsit, recensio trita autem et magis vulgata est secunda regnante *Murádo* composita, hancque in praefationem, tria capita et conclusionem digestam Wezíro *Mohammed Pasha* obtulit. In expositione commemorat, Wezírum laudatum ei exemplum historiae 5 Yemenensis a beato *Mustafa Beg Romúzi* Yemanae praefecto et quaestori versibus turcicis exaratum dedisse, et historiam elegantem esse monet, praeterquam quod, cum ligata oratione scripta sit, poeta sententiam plene et perfecte exprimere non potuerit, attamen se inde in multis, quae enarraverit, fructum cepisse concedit. Postea hanc recensionem *Molla Mustafa Ben Mohammed*, vulgo *Khosrew-zádeh* dictus et anno 978 (inc. 5. Jan. 1570) mortuus, e lingua arabica in turcicam transtulit. — 1786. *El-Barakat fi madh el-sa'i we el-harakat*, felicitas de laudibus ambulationis et motus, auctore Sheikh *Jemál-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Habeshi Yemeni*, anno [782 10 (inc. 7. Apr. 1380)] moruo. — 1787. *Borúc el-anwár we lewámi' el-asrár*, fulmina luminum et splendores arcanorum. — 1788. *El-Borúc El-Lewámi'*, fulmina splendentia de iis, quae super opere *Jam'o' el-jewámi'* scripta sunt. Vide infra. — 1789. *El-Borúc we El-Khewátif*, fulmina et splendores oculos praestringentes. Auctor Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sha'rání*, anno 960

- المتوفى سنة ٩١٠ ذكره في خلوته يوماً على يد شيخه على المرصعي ١٧٩. برهان الكفاية في
 النجوم لابي سعيد احمد بن محمد السنجرى مختصر لخص فيه كتاب تحويل سنى المواليد
 لابي معشر وزاد عليه اشياء مشتملاً على جداول التقاويم وغيرها ١٧٩ برهان الكفاية في
 النجوم تارسى للشريف على بن محمد البكرى اوله للهدى الذى خلف لخلق الخ جمع
 فيه اقوال الحكماء ١٧٩٣ البرهان النافع في استباحة الوطىء للحائض رسالة لبدر الدين 5
 محمد بن رضى الدين محمد الغزى الشافى [المتوفى سنة ١١٨٤] ١٧٩٣ البرهان فى علوم
 القرآن للشيخ بدر الدين محمد بن عبد الله الزركشى المتوفى سنة ٧١٤ جمع فيه ما تكلم
 الناس من فنونه ورتب على سبعة واربعين نوعاً قال ما من نوع منها الا ولو اراد انسان
 استقصائه لاستفرغ عمره ثم لم يحكم امره فاقترعنا من كل على اصوله والرمز الى بعض
 فصوله انتهى والسيوطى درجه فى اتقانه ١٧٩٤ البرهان فى تفسير القرآن للشيخ ابى الحسن 10

- (inc. 18. Dec. 1552) mortuus, hoc opus in secessu suo olim auctoritate Sheikhii sui
Ali Murdhī'i commemorat. — 1790. *Borhān el-kifāyet*, demonstratio sufficientiae.
 Compendium de astronomia, in quo *Abu Saīd Ahmed Ben Mohammed Sinjeri* potiora
 libri *Tahwīl seni el-mewālīd*, quem *Abu Ma'shar* edidit, excerpit eumque pluribus
 auxit, ita ut tabulas ephemeridum et alia complecteretur. — 1791. *Borhān*
el-kifāyet, demonstratio sufficientiae. Opus persicum de astronomia ita incipiens:
 5 Laus Deo, qui homines creavit etc., in quo *Sherif Ali Ben Mohammed Bekri* dicta
 sapientium collegit. — 1792. *El-Borhān El-Nāhidh*, demonstratio se extollens.
 Tractatus de exstirpanda consuetudine feminam menstrua patientem coitu subigendī,
 auctore *Bedr-ed-din Mohammed Ben Redhī-ed-din Mohammed Ghazzi 'Shafīta*
 [anno 984 (inc. 31. Mart. 1576) mortuo]. — 1793. *El-Borhān fi olum El-Cor'an*,
 demonstratio de doctrinis coranicis. *Sheikh Bedr-ed-din Mohammed Ben Abdallah*
Zerkeshi, qui anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) obiit, species doctrinarum illarum, de
 quibus homines disserebant, collegit et librum in quadraginta septem genera disposuit.
 Nullum genus earum esse dicit, quod non ita comparatum sit, ut homo, si illud
 plene pertractare velit, in eo totam vitam consumat, neque tamen rem ad finem
 perducat. Itaque in principiis singularum doctrinarum commemorandis, in nonnullisque
 10 partium singularium earum indicandis acquievimus. — Haec ille. — *Soyūti* librum
 suo operi *Icān* inseruit. — 1794. *El-Borhān fi tefsīr El-Cor'an*, demonstratio.
 Commentarius magnus in Coranum decem voluminibus comprehensus, in quo *Sheikh*

على بن ابراهيم بن سعيد الحوفي المتوفى سنة 430. وهو كتاب كبير في عشر مجلدات ذكر فيه
 الاعراب والغريب والتفسير 1795 البرهان في فضل السلطان لاحمد الحمدي الاشرقي الحنفى
 وهو مختصر اوله الحمد لله ذي العزة والسلطان الخ آفة للظاهر خشقدم بمكة يشتمل على
 سياسة شرعية 1791 البرهان في مشكلات القرآن لاني المعالي عزيزي بن عبد الملك المعروف
 5 بشيدلة [المتوفى سنة 444] 1797 البرهان في توجيه متشابه القرآن لما فيه من الحاجة
 والبيان للشيخ برهان الدين ابى القاسم محمود بن حمزة بن نصر الكرماني المقرئ الشافعي
 [المعروف بتاج القرآن] المتوفى بعد سنة 500 اوله الحمد لله الذي انزل القرآن الخ مختصر ذكر
 فيه الآيات المتشابهات التي تكررت فيه وسببها وقادتها وحكمتها وقد ذكر بشرائطه في كتابه
 لباب التفسير 1798 البرهان في تناسب سور القرآن للشيخ ابى جعفر احمد بن ابراهيم بن
 10 الزبير الغرناطي المتوفى سنة 708 ذكر فيه مناسبة كل سورة لما قبلها 1799 البرهان في اعجاز

Abu'lhasan Ali Ben Ibrahim Ben Said Hafsi, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) defunctus, flexiones finales yerbaque inusitata tractavit, et Coranum commentatus est. — 1795. *El-Borhán fi fadhli el-sultán*, demonstratio de praestantia Sultanatus. Compendium, quod *Ahmed Mohammedi Ashrefi Hanefita Tzáhiro Khushcadam* Meccae composuit. Incipit ita: Laus Deo gloriae et potestatis domino etc., et leges complectitur, quibus salus civitatis publica adjuvatur. — 1796. *El-Borhán fi mushkilát El-Cor'an*, demonstratio de locis Corani difficilioribus, auctore *Abu'lmeéli Azizi Ben Abd-el-melek*, vulgo *Shidzála* dicto [et anno 494 (inc. 6. Oct. 1100) mortuo]. — 5 1797. *El-Borhán fi taujih moteshábih El-Cor'an*, demonstratio de locis Corani inter se similibus excusandis et probandis propter argumenta et expositiones, quae iis insunt, auctore *Sheikh Borhán-ed-din Abu'lásim Mahmúd Ben Hamza Ben Nasr Kermáni Mocri Shafita* [vulgo *Táj-elcorra* dicto et] post annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo, qui distinctionem inter bonum et malum (i. e. Coranum) revelavit etc. Auctor in eo versus sensu et verbis inter se similes, qui in Corano repetuntur, eorum revelationis causas, utilitatem et rationem occultam persequitur. Haec per ea commemorat, quae in libro suo *Lobáb el-tefsir* sanxerat. — 1798. *El-Borhán fi tenásob sower El-Cor'an*, demonstratio de convenientia Suratarum Corani analogae. *Sheikh Abu Jafar Ahmed Ben Ibrahim Ben-el-zobeir 10 Gharnáti*, qui anno 708 (inc. 21. Jun. 1308) obiit, in hoc libro convenientiam singularum Suratarum cum iis, quae praecedunt, enarrat. — 1799. *El-Borhán fi*

القرآن لكمال الدين محمد بن علي ابن الزمكاني الشافعي المتوفى سنة ٧٢٧ قمر اختصره ولابن
 ابي الاصبع ايضا البرهان فيه ١٨٠٠ البرهان في قراءه القرآن للامام فخر الدين محمد بن عبد
 الله الرازي المتوفى سنة ٦٠٦ ١٨٠١ البرهان في اسرار علم التمييز للشيخ ايدمر بن علي
 الجلدكي وهو كتاب كبير في اربعة اجزاء كبار ذكر فيه قواعد كثيرة من التنبيني والالهي على
 مقدمات اصول انقوم وشرح فيه كتاب بليناس في الاجساد السبعة وكتاب جابر في الاجساد 5
 وحل فيه غالب كتب الموازين لجابر ١٨٠٢ البرهان في شرح مواعب الرحمان يأتى في الميم
 ١٨٠٣ البرهان في اصول الفقه للامام ابي المعالي عيد الملك بن علي الجويني النيسابوري
 المعروف بابام الحرمين الشافعي المتوفى سنة ٤٧٨ ١٨٠٤ البرهان في علل اندحو للشيخ علي
 ابن محمد المعروف بابن عبدوس الكوفي ١٨٠٥ البرهان في الخلاف للامام ابي المشفر
 منصور بن محمد السمعاني المروزي الشافعي المتوفى سنة ٤٨٩ جمع فيه قريبا من 10

ajáz El-Cor'an, demonstratio de perfectione divina Corani, auctore *Kemál-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn-elzamlekáni* Shafííta, anno 727 (inc. 27. Nov. 1325) mortuo. Idem postea librum in epitomen coëgit. De eadem re *Ibn Abi'lusba'* librum *Borhán* inscriptum edidit. — 1800. El-Borhán fi ekiráet El-Cor'an, demonstratio de lectione Corani, auctore *Imám Fakhr-ed-din Mohammed Ben Abdallah Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 1801. El-Borhán fi asrár ilm el-mizán, demonstratio de arcanis doctrinae metaphysicae. Liber magnus e quatuor magnis fasciculis constans, in quo *Sheikh Eidemir Ben Ali Jildeki* multa praecepta fundamentalia 5 doctrinae physicae et rerum divinarum secundum principia, quae harum rerum gnari praenuntunt, tractat, librum *Plinii* de septem corporibus et librum *Jábiri* de corporibus commentatur, majoremque partem librorum metaphysicorum *Jábiri* explicat. — 1802. El-Borhán fi sharh mewáhib el-rahmán, demonstratio. Commentarius libri *Mewáhib el-rahmán*, de quo in litera *Mim* videatur. — 1803. El-Borhán fi osúl el-fic'h, demonstratio de principiis juris, auctore *Imám Abu'lmeáli Abd-el-melek Ben Ali Joweini Nisaburi* Shafííta, vulgo *Imám el-haramein* dicto et anno 478 (inc. 29. Apr. 1085) mortuo. — 1804. El-Borhán fi ilal el-nahw, demonstratio de morbis grammaticae, auctore *Sheikh Ali Ben Mohammed Kufi*, vulgo *Ibn Obdús* cognominato. — 1805. El-Borhán fi el-khiláf, demonstratio 10 de theologia controversa. *Imám Abu'lmozaffir Mansúr Ben Mohammed Sem'ani Merwezi* Shafííta, qui anno 489 (inc. 31. Dec. 1095) defunctus est, in hoc libro prope

الف مسألة خلافة البرهان لعبد الواحد بن خلف الانصارى المتوفى سنة
 ١٨٧ البيزانية في الفتاوى للشيخ الامام حافظ الدين محمد بن محمد بن شهاب المعروف
 بابن البيزاري الكردي الخفي المتوفى سنة ٨٧٧ وهو كتاب جامع تحس فيه زيادة مسائل الفتاوى
 والوقعات من الكتب المختلفة ورجح ما ساعده الدليل وذكر الاثمة ان عليه التعويل وسماه
 5 للجامع الوجيز فرغ من جمعه وتأليفه كما ذكره في اواسط كتابه عام اثنتي عشر وثمانمائة
 اوله حمدًا لمن دعى الى دار السلام الخ قبل لاني السعود المفتي لم لم تجمع المسائل اثيمة
 ولم تولف فيه كتابًا قال انا استحيى من صاحب البيزانية مع وجود كتابه لانه مجموعة
 شريفة جامعة للمبهمات على ما ينبغي انتهى واختصره سراج الدين بن طبيب الصوينجيري
 سنة ٨٩٣ وكتب حسام الدين التوتاق رسالة على مسألة دوران الصوفية وتكفيرهم ولبعض
 10 الفقهاء منتخب من البيزانية على ستة ابواب سماه الخلاصة اوله الحمد لله
 الذي خلق الانام بالاكرام الخ ذكر فيه الصلوة والطلاق والفاك الكفر

mille quaestiones controversas collegit. — 1806. El-Borhán, demonstratio, auctore
Abul-el-wáhid Ben Khalaf Ansári, anno . . . mortuo. — 1807. El-Bezzázíyet,
 decreta juridica *Bezzázíyē*. Liber copiosus, in quo Sheikh et Imám *Háfiz-ed-din*
Mohammed Ben Mohammed Ben Sheháb Kerderi Hanefita, vulgo *Ibn-elbezzázi*
 dictus et anno 827 (inc. 5. Dec. 1423) mortuus, potiore partem quaestionum Muftiis
 propositarum et caussarum incidentium e variis libris collegit, et ea, quae argumentis
 adjuvabantur, ceteris praehabuit, Imámique fundamentum illum esse dicunt, in quo
 quis innitatur. Eum *El-Jámi' El-Wejíz* appellavit, et, ut in medio suo libro 5
 commemorat, anno 812 (inc. 16. Mai. 1409) colligendi et componendi finem fecit.
 Incipit ita: Laudem ei, qui ad domum salutis invitat etc. *Abu'sa'úd* Mufti interrogatus:
 Quidni quaestiones graviores colligis, eaque de re librum componis? Pudet me,
 inquit, auctoris libri *Bezzázíyet*, qui simul ubique exstat. Est enim promptuarium
 praestans et copiosum, quod quaestiones difficiliore ratione aptissima continet. —
 Haec ille. — Illud *Siráj-ed-din Ben Tebib Subenjehti* anno 893 (inc. 17. Dec.
 1487) in epitomen coëgit, et *Hosám-ed-din Tuchtí* tractatum ad quaestionem de
 Sufis gyranibus eorumque impietatis accusatione composuit. Jurisconsultus quidam
 meliora libri *Bezzázíyet* sex capitibus edidit, epitomenque, quae ita incipit: Laus 10
 Deo, qui homines gratiose creavit etc., *Khiláset* inscripsit, in eaque precatorem
 solemnem, divortium, verba, quibus sibi quis accusationem impietatis contrahit, et

- والكراعبية والاستحسان ١٨٨٠ بزوغ الهلال في الحصال الموجبة للظلال رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ جمع جزءا وتتبع فيه الاحاديث الواردة في الحصال الموجبة لنزل العرش فبلغ سبعين خصلة واستوعب شواهدا ثم لخص مرة بعد اخرى واقتصر على متن الحديث ١٨٠٩ بستان الفضلاء في شرح تأريخ العتبي المسمى باليمنى يأتي في النبأ ١٨٠٠ بستان المذكرين ورياحين المتذكرين للشيخ ابي نصر احمد 5 ابن محمد الحدادي ١٨١٠ البساتين لاستخدام ارجح الجن والشياطين في علم السحر على طريقة القفط والعرب ١٨١٣ بستان الاطباء وروضة الالباء للشيخ موفق الدين اسعد بن الياس المعروف بابن مطران المتوفى سنة ٥٥٥ جمع فيه من الملح والنوادر وتعريفات حسنة مما سمعه او طالعه ولم يترجم والذي وجد بخطه جزءان ١٨١٣ بستان الاسولة وهو خبرة الفقهاء يأتي في الخفاء المعجمة ١٨١٤ بستان التواريخ ١٨١٥ بستان 10

res minus probabiles et probabiles commemorat. — 1808. Bozúgh el-hilál, ortus novae lunae. Tractatus de virtutibus, quae necessario ad umbram ducunt, auctore Sheikh *Jelúl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Collegit hic fasciculum, in eoque effata prophetica de virtutibus tradita persecutus est, quae necessario ad umbram throni divini ducunt; unde septuaginta virtutes confecit, et locos earum probantes omnes effudit. Postea potiora libri iterum ac saepius excerpit, et tandem in solo textu effatorum acquievit. — 1809. Besátín el-fodhalá, horti virorum bene meritorum. Commentarius historiae ab *Otbi* 5 editae et *El-Yemeni* inscriptae, de qua litera *Yá* videatur. — 1810. Besátín el-modzakkirín we reyáhín el-motedzakkirín, horti commonefacientium, et herbae odoratae eorum, qui se moneri patiuntur, auctore Sheikh *Abu Nasr Ahmed Ben Mohammed Heddádi*. — 1811. El-Besátín, horti ad spiritus geniorum et daemonum imperio subjiciendos, de arte magica secundum methodum Coptorum et Arabum. — 1812. Bostán el-atibbá we Raudhet el-alibbá, hortus medicorum et viridarium virorum cordatorum. Sheikh *Mowaffic-ed-din As'ad Ben Ilyás*, vulgo *Ibn Metrán* dictus et anno 585 (inc. 19. Febr. 1189) mortuus, in hoc libro delectum habuit dictorum facetorum, locorum splendorum pulchrarumque definitionum ex iis, quae vel audiverat vel legerat, neque tamen opus absolvit. Quae autem propria ejus manu scripta inveniuntur, duos fasciculos implent. — 1813. Bostán el-eswilet, hortus 10 quaestionum, qui liber idem est cum *Khibret el-focahá*, de quo litera *Khá* videatur. —

- الحكمة لابي يعقوب اسحق بن سليمان الطبيب الاسرائيلي [المصري] المتوفى سنة 330.
- 1814 بستان خيال مجموعة الاشعار الفارسية على طريق النظر لبيكناش قولي ابدال
- 1815 بستان شقائق النعمان في الفروع مختصر مشتمل على فصول اوله للحمد لوليده الاولي الخ آفة عبد الرحمن المعروف بابااقوشى المفتى بكفه لدولت كراى خان وثرغ سنة 947
- 5 1818 بستان اعرافين للشيوخ الامام الفقيه ابي الهيث نصر بن محمد السمرقندى الخنقى المتوفى سنة 370 وهو كتاب مختصر مفيد على مائة وخمسين بابا في الاحاديث والآثار الواردة في الآداب الشرعية والتحصن والاخلاق وبعض الاحكام الفرعية يروى انه ثلثة نسخ انكبرى والنوستى والصغرى والموجود في بلاد العرب والروم هو الصغرى 1819 بستان اعرافين للامام محيي الدين يحيى بن شرف النووى الشافعى المتوفى سنة 971. 1820 بستان العطارين فارسى
- 10 مختصر لحمد بن على بن محمد المعروف بتاج الخجندى وهو مفيد جمعه من نحو عشرة كتب 1821 بستان القلوب للعلامة جلال الدين محمد بن اسعد اندوانى المتوفى سنة 917

1814. *Bostán el-tewárikh*, hortus historiarum. — 1815. *Bostán el-hikmet*, hortus sapientiae, auctore *Abu Yacub Is'hak Ben Soleimán Isráili* [Misri] Medico, anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuo. — 1816. *Bostán khayál*, hortus phantasmatis. Thesaurus poematum persicorum ad rationem libri *Natzret*, auctore *Bektash Culi Abdál*. — 1817. *Bostán shecáic el-no'mán*, hortus anemonarum. Compendium de partibus juris specialibus sectiones continens et ita incipiens: Laus amico suo dignissimo etc., quod *Abd-el-rahman* Caffae Mufti, vulgo *Bábácúshi* dictus, *Dewlet Kirái Kháno* composuit et anno 974 (inc. 19. Jul. 1566) confecit. — 1818. *Bostán 5 el-arifin*, hortus mysticorum spiritualium, auctore Sheikh et Imám *Abu'lleith Nasr Ben Mohammed Samarcandi* Jurisconsulto Hanefita, anno 375 (inc. 24. Mai. 985) mortuo. Liber compendiosus et utilis in centum quinquaginta capita divisus, traditiones et effata sociorum prophetae de praeceptis vitae rationis legalibus, virtutibus, ethica et nonnullis juris statutis specialibus prolata continens. Tres recensiones esse traduntur, major, media et minor. Quae autem in Arabia et Rumelia exstat, minor est. — 1819. *Bostán el-arifin*, hortus mysticorum spiritualium, auctore Imám *Mohyi-ed-din Yahya Ben Sheref Nevevi* Shafiita, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. — 1820. *Bostán el-attárin*, hortus aromatariorum, auctore *Mohammed Ben Ali Ben 10 Mohammed*, vulgo *Táj Khojendi* dicto. Compendium persice scriptum et utile, quod ille e circiter decem libris congressit. — 1821. *Bostán el-colúb*, hortus cordium, auctore viro doctissimo *Jelál-ed-din Mohammed Ben As'ud Dewáni*, anno 907 (inc.

- ١٨٢٢ بستان المعرفة ومنهاج الحقيقة والشريعة فارسي لابراهيم بن ابي علي بن ابي الفوارس الفارسي
 ١٨٢٣ بستان الناظر وانس الخاطر للشيخ محمد بن ناصح الحلبي ١٨٢٤ بستان انواعين
 ورياض السامعين للشيخ ابي الفرج عبد الرحمن بن علي ابن الجوزي انحنبل البغدادي
 المتوفى سنة ٥١٧ وهو مجلد مرتب على مجالس ١٨٢٥ بستان في مناقب انعمان للشيخ
 مكبي الدين عبد القادر بن ابي الوفا القرشي المصري [كخفي] المتوفى سنة ٧٥٥ ١٨٢٦ بستان 5
 في القراءات الثلاث عشرة للشيخ سيف الدين ابي بكر عبد الله بن ايدغدي المعروف بابن
 الجندی المتوفى سنة ٧٩٩ ١٨٢٧ بستان في النوادر والغرائب للشيخ ابي حامد احمد بن ابي
 طاهر الاسفرائيني [شيخ الشافعية] المتوفى سنة ٤٠١ ١٨٢٨ بستان فارسي منظوم في المنتقار
 للشيخ مصدح الدين الشيرازي المتوفى سنة ٦١١ وهو كتاب مشهور متداول
 غني عن التوضيف ولما كان مقدمة لتعلم الفرس وحفظه للصبيان كتبوا له شرحا تركية 10
 منها شرح الشيخ مصطفي بن شعبان المشهور بسروري المتوفى سنة ٦٩١ [وهو شرح فارسي]

17. Jul. 1501) mortuo. — 1822. Bostán el-ma'rifet, hortus cognitionis et via
 veritatis et legis, auctore *Ibrahim Ben Abi Ali Ben Abi'lfewáris Fârsi*. Persice. —
 1823. Bostán el-nátzir we ons el-khátir, hortus speculantis et familiaritas
 cogitantis, auctore *Sheikh Mohammed Ben Náhikh Halebi*. — 1824. Bostán
 el-wáitzín we riyádh el-sámiín, hortus monentium et viridaria audientium,
 auctore *Sheikh Abu'fvaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi Baghdádi* Hanbalita,
 anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. Volumen in *Mejális* (consessus) dispositum. —
 1825. Bostán fi menáckib El-No'mán, hortus. Panegyricus *Abu Hanifae Nomán*,
 5 auctore *Sheikh Mohyi-ed-din Abd-el-cádir Ben Abi'lwe'fú Coreshi Misri* [Hanefita],
 anno 775 (inc. 23. Jun. 1373) mortuo. — 1826. Bostán, hortus de tredecim
 recensionibus Corani, auctore *Sheikh Seif-ed-din Abu Bekr Abdallah Eidughdi*,
 vulgo *Ibn-eljendi* dicto et anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuo. — 1827. Bostán,
 hortus de dictis singularibus et facetis, auctore *Sheikh Abu Hámid Ahmed Ben Abi*
Tzâhir Isferáini [Sheikh Shafitarum], anno 406 (inc. 21. Jun. 1015) mortuo. —
 1828. Bostán, hortus. Carmen persicum metro *Motecárib* compositum a *Sheikh*
Moslîh-ed-din Shirázi, vulgo *Sa'di* dicto et anno 691 (inc. 24. Dec. 1291) mortuo.
 10 Liber celebratior est et tritior, quam ut descriptione subtiliori egeat. Cum est prolusio,
 qua Persae instituuntur et vis memoriae puerorum exercetur, commentarios turcicos
 in eam scripserunt, ut *Sheikh Mustafa Ben Sha'bán*, vulgo *Sorári* dictus et anno 969
 (inc. 11. Sept. 1561) defunctus, [at hic commentarius persicus est] — Molla noster

وشرح مولانا شمعى المتوفى في حدود سنة الف وشرح مولانا المعروف بسوى المتوفى في حدود سنة الف ايضا وشرحه احسن الشروح وابسطها واقربها الى التحقيق وشرح اليوايى البرسوى المتوفى سنة 1017. پسر نامه فارسى منظوم للشیخ فرید الدین محمد بن ابرهیم العتار المتوفى سنة 1047. بسط الفوائد في حساب القواعد للشیخ تاج الدین علی بن محمد ⁵ المعروف بابن الدرییم الموصلى المتوفى سنة 743. بسط الكف في اتمام الصف للشیخ جلال الدین عبد الرحمن بن ابى بكر السیوطى المتوفى سنة 911 رسالة اولها الحمد لله الذى يقطع من وصله الخ البسيط البثوث في خبر البرغوث للحافظ شهاب الدین ابى الفضل احمد بن علی ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة 851. البسيط في التفسیر للامام ابى الحسن علی بن احمد الواحدى النيسابورى المتوفى سنة 448. البسيط في الفروع ¹⁰ للامام حجة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالی الشافعى المتوفى سنة 505 وهو كالمختصر للنهاية البسيط في علم الشروط البسيط في شرح الكافية وهو

Shem'i, circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus — Molla noster, vulgo *Sidi* dictus et circa eundem annum mortuus, cujus commentarius omnium optimus est, et latissimus et verae expositioni proximus — et *Hewâyi Bursewi*, anno 1017 (inc. 7. Apr. 1698) defunctus. — 1829. *Püser-nâmeh*, liber puerorum. Poëma persicum, auctore Sheikh *Ferid-ed-din Mohammed Ben Ibrahim Attâr*, anno 627 (inc. 20. Nov. 1229) mortuo. — 1830. *Bast el-fewâid*, explicatio demonstrationum utilium de computu praeceptorum fundamentalium, auctore Sheikh *Tâj-ed-din Ali Ben Mohammed Mausili*, vulgo *Ibn-eldoreihim* dicto et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) ⁵ mortuo. — 1831. *Bast el-kaff*, apertura volae de justa perfectione pedes ita ponendi (inter precandum), ut ponendi sunt, auctore Sheikh *Jelâl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyûti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus ita incipiens: Laus Deo, qui eum sejungit, quem conjungit etc. — 1832. *El-Besît El-Bethûth*, expansum divulgatum de historia pulicis, auctore Hafiz *Shehâb-ed-din Abu'fudhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascalâni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 1833. *El-Besît*, expansum. Commentarius in Coranum, auctore Imam *Abu'hasan Ali Ben Ahmed Wâhidi Nisabûri*, anno 468 (inc. 16. Aug. 1075) defuncto. — 1834. *El-Besît*, expansum de partibus juris specialibus, auctore Imam *Hojjet-elislâm Abu Hâmid Mohammed Ben Mohammed* ¹⁰ *Ghazâli* Shafiita, anno 505 (inc. 10 Jul. 1111) mortuo. Liber quasi epitome operis *Nihâyet* est. — 1835. *El-Besît*, expansum de doctrina documentorum. — 1836. *El-Besît*, expansum. Commentarius in opus *Kâfiyet* satis magnus, vulgo

- كبير المتوسّط يأتي ١٣٧ [بشارة المحبوب بتكفير الذنوب للشيخ الامام زين الدين عبد الرحمن بن غرس الدين خليل الادري ١٨٣٨ البشارة والندارة لابي سعيد عبد الملك بن ابى عثمان الواعظ] المشهور بالخركوشى المتوفى سنة ٤٠٧ [١٨٣٦ بشرى الكريم الامجد بعدم تعذيب من يسمّى باحمد ومحمد للشيخ عثمان الفتوحى الحنبلى اوله الحمد لله الذى اطلع فى سماء الازل الخ رسالة فى الكلام على قوله تعالى فى سورة الصّفاً يأتى من بعدى اسمه احمد 5
١٨٤٠ بشرى الكتيبى بلقاء الحبيب للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ رسالة تحصيها من كتابه الكبير الذى فى احوال البرزخ ١٠٤١ بشرى اللبيب بذكر الحبيب للشيخ الامام فتح الدين محمد بن محمد المعروف بابن سيد الناس المتوفى سنة ٧٣٤ رتب فيه تصانده فى مدحه صلعم على الحروف ثم شرحها فى ماجلّد اوله بعد حمد الله تعالى على جميع الآله الخ ذكر أنّه اثبت فيها ستين اسماً من اسماء النبي صلعم نظمها فى قصيدته المبيّنة 10

تركي منشوم في البرج للفكري الرومي ١٢٧٣ بيرام وكل اندام فارسي منشوم لمحمد بن عبد
الله الكاتبي النيسابوري المتوفى في حدود سنة ٨٥٠.

١٢٧٤ علم البيان

10 وهو علم يعرف به ايراد المعنى الواحد بتراكيب مختلفة في وضوح الدلالة على المقصود بان

de quo antea mentio facta est. — 1967. Behjet el-mohej, decus animarum de
nonnullis oppidi *Táif* et vallis *Wejj* virtutibus praestantibus, auctore *Abu'labbas*
Ahmed Ben Ali Ben Abi Bekr Abderi, primum Andalusiae, deinde Majoricae inquilino.
Compendium dimidiam fere quaternionis (*Korráset*) partem explens, quod *Ibn Fahd*
in opere *Tohfet el-letáif* commemorat. — 1968. Behjet el-nátzir, decus
speculantis. — 1969. Behjet el-nofús we el-asrár, decus animarum et
secretorum de chronologia *Hijret* prophetae electi, auctore *Abu Mohammed Abdallah*
Ben Abd-el-melek Coreshi Bekri Cortubi Merjáni. — 1970. Behjet el-nofús
we Ghayatoha, decus animarum et summus earum finis in cognitione jurium et 5
officiorum suorum. Commentarius operis *Jam'o el-niháyet* i. e. compendii *Bokhári*,
quod infra commemorabitur. — 1971. El-Behjet El-Wardiyet, decus rosaceum.
Metrica operis *El-Háwi El-Saghír* partes juris Shafitici speciales tractantis exaratio,
de quo litera *Há* videatur. — 1972. Behrám we Zohreh, Mars et Venus. Poëma
turcicum metro *Hezej* compositum, auctore *Fikri Rumi*. — 1973. Behrám we
Gül endám, Behrám et Statura Rosacea. Poëma persicum, auctore *Mohammed Ben*
Abdallah Kátibi Nisabúri, circa annum 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo. —

1974. *Ilm el-beyán*. Doctrina expositionis.

Haec est ea doctrina, qua ratio cognoscitur, unam sententiam compositionibus 10
proferendi pro perspicuitate diversis, qua verba electa sensum propositum exprimunt;

يكون دلالة بعضها اجلى من بعض وموضوعه اللفظ العربي من حيث وضوح الدلالة على المعنى المراد وغرضه تحصيل ملكة الافادة بالدلالة العقلية وفهم مدلولاتها وغايتها الاحتراز عن الخطاء في تعيين المعنى المراد ومبادئ بعضها عقلية كاقسام الدلالات والتشبيبات والعلاقات وبعضها وجدانية ذوقية كوجوه التشبيبات واقسام الاستعارات وكيفية حسنها وانما اختاروا في علم البيان وضوح الدلالة لان بحثهم لما اقتصر على الدلالة العقلية اعنى التصنيية والالتزامية 5 وكانت تلك الدلالة خفية سيما اذا كانت اللزوم بحسب العادات والطبائع فوجب التعبير عنها بلفظ اوضح مثلا اذا كان المرئى دقيقا في الغاية يحتاج للحاسة في ابصارها الى شعاع قوى بخلاف المرئى اذا كان جليلا وكذا الحال في الرؤية العقلية اعنى الفهم والادراك والحاصل ان المعنى في علم البيان دقة المعانى المعتبرة فيها من الاستعارات والكنيات مع وضوح الالفاظ الدالة عليها ومن الكتب المفردة فيها

10

quae diversitas in eo nititur, quod potestas verborum unius harum compositionum clarior est altera. Objectum ejus est vox arabica ratione habita perspicuitatis dictionis, qua sensus, quem exprimere volumus, exprimendus est. Consilium ejus in comparanda facultate spectatur, cogitata sua vi verborum rationali enunciandi, et ea, quae alii exprimere volunt, intelligendi. Summus ejus finis evitatio errorum est in sententia proposita clare dicendo adumbranda. Principia ejus partim e ratione sunt petenda, ut genera dictionum, comparisonum et membrorum orationis dependentium, partim e sensu interiori et facultate cogitata praecclare eloquendi, ut variae species comparisonum, genera 5 metaphorarum et earum venustatis ratio. Rhetores autem dictionis perspicuitatem eam ob causam caput doctrinae expositionis fecerunt, quod, cum eorum disquisitio in dictione rationali i. e. ubi res exprimenda vi verborum inesse debet et ratio ad illam intelligendam cogitur, acquiescat, et haec dictio occulta esse possit, praesertim cum perceptio animi ex consuetudinibus receptis et qualitatibus naturalibus pendet, illa dictio necessario verbis perspicuis significari debet. Quando res, ut exemplo utamur, visui objecta praeter morem tenuis est, oculo in videndo splendore fortiore opus est, quod in rem visam, quando satis magna est, non cadit. In eadem causa versatur visus intellectualis i. e. intelligentia et comprehensio. Inde efficitur, ut res gravissima in doctrina expositionis subtilitas sententiarum sit, quae quoad metaphoras et metonymias in his maximi momenti est simul cum perspicuitate verborum, quibus illae sententiae 10 exprimuntur. — Inter libros, qui hanc materiam summatim tractant, sunt hi . . .

- ١٩٧٥ بيان الاجتماع على منع الاجتماع في بدعة الغناء والسماع لبرهان الدين ابراهيم بن عمر البقاعي المتوفى سنة ٨٥٥ ١٩٧١ بيان احوال اناس يوم القيمة لعز الدين عبد العزيز بن عيد السلام المتوفى سنة ٩٩٠ ١٩٧٧ بيان احكام الله ١٩٧٨ بيان آداب العلم لابي عمرو بن عبد البر التميمي ١٩٧١ بيان الاستدلال على بطلان ما جئى السبائى والنضال لشمس الدين 5 محمد بن ابي بكر ابن تيمم الجوزية للحنبل المتوفى سنة ٧٥١ ١٩٨٠ بيان اسرار الطالبين في التصوف رسالة لمولانا يوسف على اربعة وعشرين فصلاً اوله الحمد لله القادر الخ
- ١٩٨١ بيان التعبير لعبد يوس ١٩٨٣ بيان الجواب الصحيح لمن بدل دين المسيح للشيخ تقي الدين احمد بن عبد الكلير ابن تيمية الحنبلي المتوفى سنة ٧٣٨ اوله كلمتى الشهادة وهو مجلد ذكر فيه انه وجد رسالة لبولص الرابع اسقف صيدا الانطاكي كتبها الى بعض اصدقائه وفي عمدتهم التى يعتمد عليها علماءهم ومضمونها

1975. *Beyán el-ijmá'*, expositio consensus in prohibenda consociatione, de cantu et musica tanquam rebus novis, auctore *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becázi*, anno 885 (inc. 13. Márt. 1480) mortuo. — 1976. *Beyán ahwál el-nás yaum el-ckiyamet*, expositio conditionis hominum die resurrectionis, auctore *Izz-ed-din Abd-el-azíz Ben Abd-el-selám*, anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo — 1977. *Beyán ahkám Allah*, expositio statutorum divinorum. — 1978. *Beyán adáb el-ilm*, expositio regularum in discenda scientia, auctore *Abu Amru Ben Abd-el-berr Nemiri*. — 1979. *Beyán el-istidlál*, expositio argumentationis, ejus operam, qui primus est in cursus effusi et jaculationis certamine, esse vanam, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Cayyim-eljauziyet* Hanbalita, 5 anno 751 (inc. 11. Márt. 1350) mortuo. — 1980. *Beyán asrár el-talibín*, expositio arcanorum studiosis manifestandorum, auctore Molla nostro *Yusuf*. Tractatus de Sufismo in viginti quatuor sectiones divisus et ita incipiens: Laus Deo potentissimo etc. — 1981. *Beyán el-ta'bír*, expositio artis somnia interpretandi, auctore *Abdiyús*. — 1982. *Beyán el-jewáb el-sehíh*, expositio refutationis sanæ eorum, qui religionem Messiae corruerunt, auctore *Sheikh Tacki-ed-din Ahmed Ben Abd-el-helím Ibn Teimíya* Hanbalita, anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuo. Volumen, quod a duabus fidei Islamice formulis incipit. Auctor in eo narrat, epistolam a Paulo Antiochensi, monacho christiano et Sidonis episcopo, quam ad quendam amicorum miserit, sibi ad manus venisse, illique summam auctoritatem a 10 viris doctis christianis tribui, qui ejus testimonio prae ceteris utantur. Argumentu.n

- سنة فصول آ في أن محمدا صلعم لم يبعث اليهم بل الى اهل الجاهلية وأن في القرآن ما يدل على ذلك ٢ أن محمدا اثنى في القرآن على دينهم ومدحه ٣ أن نبوات الانبياء تشهد لدينهم بأنه حق فيجب التمسك به ٤ تقرير ذلك بالمعقول وأن ما م عليه من التثليث ثابت ٥ دعوهم أنهم موحدون ٦ أن المسيح جاء بعد موسى صلعم بغاية الكمال فلا حاجة الى شرح يزيد على الغاية انتهى فذكر ابن تيمية مدعاه فاجاب عنها فابطل 5 جميع ما حكاه عنه ١٩٨٣ بيان الحَق في المنطق والحكمة لسراج الدين محمود بن ابى بكر الارموى المتوفى سنة ٩٨٢ ١٩٨٤ بيان خطأ من اخطأ على الشافعى لابي بكر احمد بن الحسين البيهقي ١٩٨٥ بيان الربط في اعتراض الشرط لنتقى الدين على بن عبد الكافي السبكي المتوفى سنة ٧٥١ ١٩٨٦ بيان الصناعات لابي الفضل حبيش بن ابراهيم المتطبب التفليسى وحو مختصر على احد وعشرين بابا ذكر فيه امورا غريبة من الخيل والصناعات وترجمته بالتركي 10 لبعضهم ١٩٨٧ بيان الصور مقدمة في الميقات لابي عبد الله محمد بن ابى القاسم الاندلسي

- ejus sex sectionibus continetur — Mohammedem non ad Christianos, sed ad populum ignorantiae (Mohammedanos) missum esse, et in Corano locos inveniri hoc probantes — Mohammedem in Corano ipsorum religionem celebrare et laudibus efferre — prophetias prophetarum veritatem religionis ipsorum testari, qua de caussa eam firmiter amplectendam et diligenter tuendam esse. — Quarta sectio hoc argumentis e ratione petitis comprobatur et monstrat, trinitatem, quam profiteantur, esse rem exploratam. — In quinta de dicto Christianorum disseritur, se in unum Deum credere — et in sexta, Messiam post 5 Mosem legem absolutissimam et perfectissimam attulisse, ita ut amplius lege non opus sit, quae illam summam perfectionem augeat. Jam *Ibn Teimiya*, quae Paulus censet, profert, ita ut epistolam refutet, et omnia, quae tanquam a Paulo sancita assumit, diluat. — 1983. *Beyán el-hacc*, expositio veritatis de logica et philosophia, auctore *Siráj-ed-din Mahmúd Ben Abi Bekr Ormawi*, anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) mortuo. — 1984. *Beyán khatá*, expositio peccati ejus, qui nefas in *Shafítum* admittit, auctore *Abu Bekr Ahmed Ben-elhosein Beihacki*. — 1985. *Beyán el-robot*, expositio vinculorum de repellendis conditionibus, auctore *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 1986. *Beyán el-sináát*, expositio artificiorum, auctore *Abu'fadhli Hobeish Ben Ibrahim Teflisi Medico*. Compendium 10 in viginti unum caput divisum, in quo ille technas et artificia rarissima narrat. Turca quidam illud in linguam suam transtulit. — 1987. *Beyán el-sower*, expositio figurarum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi'lásim Andalusi*. Isagoge de

اوله اما بعد حمد الله الذي لا يحاط بمعلوماته الخ وهو مرتب على عشرين باباً يستعان به على معرفة الارقات بالآلة ١٩٨٠ بيان غربة الاسلام بواسطة صنفي المتفقيه والمتفكرة من اهل مصر والشام وما يليهما من بلاد الاعجم للشيخ علي بن ميمون الادريسي للسيبي نزيل صالحية دمشق [المتوفى بحلب سنة ١١٧٠] اوله الحمد لله على كل حال الخ الفه في محرم سنة ١١٦

١٩٨١ 5 بيان الفرقان بين اولياء الشيطان واولياء الرحمان للشيخ ابي العباس احمد بن عبد الحليم ابن تيمية الحنبلي المتوفى سنة ٧٠٨ وهو مختصر كثير الفائدة ١٩٩٠ بيان القدر بين سنة وشهور ومنازل وقمر لابي عبد الله محمد بن ابي القاسم الاندلسي وهو مختصر على عشرين باباً في علم المبيقات ١٩٩١ بيان اللغة ١٩٩٢ بيان المحتمل في تعدية العمل لتقي الدين علي بن عبد الكافي السبكي الشافعي المتوفى سنة ٧٥١ ١٩٩٣ بيان المعاني في شرح عقيدة الشيباني يأتي ١٩٩٤ بيان المغنم في الورد الاعظم للشيخ محيي الدين ابي العباس

temporum descriptione, quae ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus, cujus virtutes nobis cognoscendae scientia nostra non comprehenduntur etc. In viginti capita disposita est, et ad cognitionem temporum ope instrumenti ex eo magnus fructus capitur. — 1988. *Beyán ghorbet el-islám*, expositio exilii, in quod duo genera hominum, juris studiosi et Fackiri, ex Aegypti, Syriae et terrarum barbararum, quae illis adjacent, incolis Islamismum expellunt. Sheikh *Ali Ben Meimún Idrisi Hoseini*, Salibiyae Damascenae inquilinus [et Halebi anno 917 (inc. 31. Mart. 1511) mortuus], hunc librum a verbis: Laus Deo pro quavis conditione etc. incipientem, mense Moharrem anni 916 (inc. 10. Apr. 1510) absolvit. — 1989. *Beyán el-furcán*, 5 expositio discriminis inter amicos Satanae et Dei misericordis, auctore Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Abd-el-helim Ibn Teimya* Hanbalita, anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuo. Compendium multa ad discendum utilia continens. — 1990. *Beyán el-cadr*, expositio relationis quantitativae inter annum, menses, mansiones lunae et lunam, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi'lásim Andalusi*. Compendium in viginti capita dispositum de temporum descriptione. — 1991. *Beyán el-loghet*, expositio linguae. — 1992. *Beyán el-mohtemel*, expositio eorum, quae in rectione verborum transitivorum possibilis sunt, auctore *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki* Shafita, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 1993. *Beyán el-meáni*, expositio sententiarum. Commentarius operis *Ackidet* a *Sheibáni* confecti, 10 de quo infra videatur. — 1994. *Beyán el-magham*, expositio praedae de perico^{na} Corani maxima usu in precando recepta, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Abu'labbás*

- احمد بن ابراهيم ابن النحاس وهو على مقدمة وسبعة ابواب في الذكر والقراءة والتسبيح
 ١٩٥ بيان المنن على قارى الكتاب والسنن لقاسم بن محمد القرطبي المتوفى سنة ٤٤٣
 ١٩٦ بيان النجوم للشيخ ابي الفضل حبيش بن ابراهيم التفليسي ألفه قبل قانون الادب
 ١٩٧ بيان الوهم والايهام في الحديث للشيخ ابي الحسن على بن محمد بن القنطانى القاسى
 المتوفى سنة ٤١٨ صح فيه عدة احاديث ١٩٨ بيان وهم المعتزلة للشيخ ابي منصور محمد 5
 ابن محمود الماتريدي الحنفى المتوفى سنة ٣٣٣ ١٩٩ البيان التقريرى في تخطئة انكمال
 الدميرى للشيخ شهاب الدين احمد بن العماد الاقثيسى المتوفى سنة ٨٠٠ وكتب عليه البرهان
 ابن حضر المخطى للكمال الدميرى هو المخطى ٢٠٠ البيان والاعراب عما في ارض مصر من
 الأعراب لتقى الدين احمد بن على المقرئى المتوفى سنة ٨٤٥ ٢٠١ البيان والبرهان في
 الرد على اهل الزيغ والتلغيان للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ 10

- Ahmed Ben Ibrahim Ibn-elnehás.* Divisus est liber in introductionem et septem capita de continua Dei invocatione, Corani lectione et Dei laudatione. — 1995. *Beyán el-monén*, expositio beneficiorum in lectorem Corani et traditionum collatorum, auctore *Cásim Ben Mohammed Cortubi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. — 1996. *Beyán el-nojúm*, expositio astrorum. *Sheikh Abu'fudhl Hobeish Ben Ibrahim Teflisi* hunc tractatum ante *Canún el-edeb* composuit. — 1997. *Beyán el-wahm we el-ihám*, expositio erroris et eorum, quae in errorem ducunt in re 5 traditionaria. *Sheikh Abu'hasan Ali Ben Mohammed Ben-elcattán Fási*, anno 628 (inc. 9. Nov. 1230) mortuus, in hoc tractatu plures traditiones emendavit. — 1998. *Beyán wahm El-Motazilet*, expositio errorum Motazelitarum, auctore *Sheikh Abu Mansúr Mohammed Ben Mahmúd Materídi Hanefita*, anno 333 (inc. 24. Aug. 944) mortuo. — 1999. *El-Beyán El-Tecriri*, expositio comprobans de *Kemál-ed-dino Demíri* lapsus arguendo, auctore *Sheikh Sheháb-ed-din Ahmed Ben-elimád Acfahesi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. *Borhán Ben Hadhr* huic libro inscripsit: Qui *Kemál-ed-dinum Demíri* errorum arguit, is ipse est, qui errat. — 2000. *El-Beyán we El-Iráb*, expositio et explanatio accuratior familiarum arabicarum, quae in Aegypto sedem habent, auctore *Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrizi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. — 2001. *El-Beyán we El-Borhán*, 10 expositio et demonstratio de refutatione hominum a vera religione aberrantium et impiorum, auctore *Imam Fakhr-ed-din Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc.

- ٢.٥ البيان والتبيين في انساب الخديين لابي عبد الله محمد بن احمد الزهرى المتوفى سنة ٦١٧
- ٢.٦ البيان والتبيين لابي عثمان عمرو ابن الجاحظ البصرى [المعتزلى] المتوفى سنة [٦٥٥]
- وهو كتاب كبير ٢.٧ البيان والتذكار للشيخ ابي بكر بن محمد بن عياش الخصار ٢.٨ البيان
- عن الفصل في الاشربة بين الحلال والحرام لابي ثحاسن المفضل ابن مسعود التنوخى الحنفى المتوفى
- 5 سنة ٤٤٣ ٢.٩ البيان لاجل العيان فارسى للسيد ابي الفتح محمود بن المؤيد بن علي
- صاحب كتاب العيان لاجل البيان وهو مختصر في احوال السلوك وادابه اوله الحمد لله جعل
- قلوب العارفين الخ آفده سنة ٥٣٧ ٢.١٠ البيان في تفسير القرآن لمعاني بن اسمعيل بن الحسين
- ابن ابي سفيان الموصلى [المتوفى سنة ٦٣٠] قرى عليه بالصالحية سنة ٦٠٣ وكان مدرسا بها
- ٢.١١ البيان في اخبار صاحب الزمان للشيخ ابي عبد الله محمد بن يوسف الكنجى [المتوفى
- 10 سنة ٦٥٨] ٢.١٢ البيان في تأويلات القرآن للحافظ ابي عمرو يوسف بن عبد الله بن عبد البر

6. Jul. 1209) mortuo. — 2002. El-Beyán we El-Tebyín, expositio et descriptio accuratior de genealogiis traditionariorum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Zohri*, anno 617 (inc. 8. Mart. 1220) mortuo. — 2003. El-Beyán we El-Tebyín, expositio et descriptio accuratior. Magnus liber, auctore *Abu Othmán Amru Ibn-eljáhitz Basri [Motazelita]*, anno [255 (inc. 20. Dec. 868)] mortuo. — 2004. El-Beyán we El-Tidzkár, expositio et commonitio, auctore *Sheikh Abu Bekr Ben Mohammed Ben Ayyúsh Hedhár*. — 2005. El-Beyán an el-fasl, expositio discriminis inter potus licitos et illicitos, auctore *Abu'lmehásin Mofadhhil Ibn Mes'úd Tenúkki* Hauefita, anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) mortuo. — 2006. El-Beyán li ahl el-iyán, expositio sectae intuitus mystici. Compendium persicum de affectionibus et regulis viae mysticae, quod *Seyyid Abu'lfat'h Mahmúd Ben-elmuíd Ben Ali*, auctor libri *El-Iyán li ahl el-beyán*, anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) composuit. Incipit ita: Laus Deo, qui corda mysticorum spiritualium formavit etc. — 2007. El-Beyán fi tefsír El-Cor'án, expositio. Commentarius Corani, de quo *Moáni Ben Ismail Ben-elhosein Ben Abi Sofyán Mausili*, [anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuus], in collegio *Sálikiano*, cujus professor fuit, anno 603 (inc. 8. Aug. 1206) scholas habuit. — 2008. El-Beyán fi akhbár sáhib el-zemán, expositio historiae principis hujus temporis potentissimi, auctore *Sheikh Abu Abdallah Mohammed Ben Yusuf Kenji*, [anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuo]. — 2009. El-Beyán fi tawilát El-Cor'án, expositio de variis Corani explicationibus allegoricis, auctore *Hálitiz Abu Amru Yusuf Ben Abdallah Ben Abd-el-berr Cortubi*, anno 463

- القرطبي المتوفى سنة ٤٦٣ ٢.١. البيان في تقرير شعب الايمان لتخصه بخشائش ابن حمزة الرومي اوله الحمد لله الذي تقرّر ضمائر ارباب الدين الخ ٢.١١ البيان فيما ابهم من الاسماء في القرآن لاني عبد الله محمد ابن احمد الزعري المتوفى سنة ٦١٧ ٢.١٢ البيان في علوم القرآن لاني عمر فضل بن اسمعيل الجرجاني المتوفى سنة ٢.١٣ البيان في شواهد القرآن لاني الحسن علي ابن الحسن الباقر المتوفى بعد سنة ٥٣٥ ٢.١٤ البيان في احكام التقاء الختان للشيخ المعروف 5 بقيقه سلطان المقدسي ٢.١٥ البيان عن تأريخ سني زمان العال على سبيل الحجة والبرهان لاني عيسى احمد بن علي المنجم ذكر فيه التواريخ القديمة وحو في مجلد كبير ٢.١٦ البيان في معرفة الازنان للشيخ علي بن سعيد بن حمامة الصنهاجي ٢.١٧ البيان في اصول الدين لاني بكر محمد بن مظفر الحموي المتوفى سنة ٤٨٨ ٢.١٨ البيان في احوال الصحابة لمحمد بن عمرو المكي ٢.١٩ البيان في اسماء الائمة للشيخ الامام ابي الحسن علي بن الحسين المسعودي المتوفى 10

- (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. — 2010. El-Beyán fi teqrír shoab el-imán, expositio de sectis verae fidei comprobendis. Epitome a *Bakhshlūsh Ibn Hamza Rumi* confecta, quae ita incipit: Laus Deo, qui animos propugnatorum religionis sibi certos reddidit etc. — 2011. El-Beyán, expositio nominum incertorum in Corano obviurum, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ibn Ahmed Zohri*, anno 617 (inc. 8. Mart. 1220) mortuo. — 2012. El-Beyán fi olúm El-Cor'an, expositio doctrinarum coranicarum, auctore *Abu Amir Fahl Ben Ismail Jorjani*, anno . . . mortuo. — 2013. El-Beyán fi shewáhid El-Cor'an, expositio locorum Corani probantium, 5 auctore *Abu'lhasan Ali Ben-elhasan Baculi*, post annum 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuo. — 2014. El-Beyán fi ahkám ilticá el-khitán, expositio statutorum ad celebrationem convivii circumcisionis pertinentium, auctore Sheikh *Mocaddesi*, vulgo *Fekih Sultani* dicto. — 2015. El-Beyán an tarikh seni zemán el-alem, expositio de chronologia annorum temporis mundi argumentis et rationibus probata. *Abu Isa Ahmed Ben Ali* Astronomus in hoc volumine crasso chronologias veteres commemorat. — 2016. El-Beyán fi ma'rifet el-auzán, expositio de cognitione mensurarum, auctore Sheikh *Ali Ben Saíd Ben Hemámet Sinháji*. — 2017. El-Beyán fi osúl ed-din, expositio principiorum religionis, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elmozaffr Hamawi*, anno 488 (inc. 11. Jan. 1095) mortuo. — 2018. El-Beyán fi ahwál el-sehábet, expositio status sociorum prophetae, auctore *Mohammed Ben* 10 *Amru Mekki*. — 2019. El-Beyán fi asmá el-a'immet, expositio nominum Imamorum, auctore Sheikh et Imam *Abu'lhasan Ali Ben-elhosein Mes'údi*, anno 346

سنة ٣٤١ ٢٢٠ البيان في الفروع لابي اسحق امعيل بن سعيد الطبري الخنفي [بن احباب
 الامام محمد المعروف بالشالبيخي المتوفى سنة ٣٣٠] ٢٢١ البيان في الفروع للشيوخ ابي الخبير
 يحيى بن سائر اليميني الشافعي [العمري المتوفى سنة ٥٣٨] مكث في تأليفه ست سنين وهو
 كبير في نحو عشر مجلدات ٢٢٢ البيان في فقه الامامية ٢٢٣ البيان لابن السكيت
 ٢٢٤ البيان في شرح مختصر القدوري يأتي في ائيم ٢٢٥ بيت مال المدكرين لمحمد بن
 انحس بن عبيدة البوزجاني ٢٢٦ بير وجوان فارسي منظوم نعتنفر القمي الشاعر وهو في
 اربعة الاف بيت ٢٢٧ بيت باب في معرفة الاسترلاب فارسي للعلامة نصير الدين محمد بن
 حسن الطوسي المتوفى سنة ٦٧٩ وهو مختصر على عشرين بابا وله شرح منها شرح نظام الدين
 ابن حبيب الله الحسيني ألفه سنة ٨٧٣ بالفارسية

٢٢٨ علم البيزرة

10

وهو علم يبحث فيه عن احوال الجوارح من حيث حفظ صحتها وازالة مرضها ومعرفة العلامات

(inc. 4. Apr. 957) mortuo. — 2020. El-Beyán fi el-forú', expositio partium
 juris specialium, auctore *Abu Is'haç Ismaíl Ben Saíd Taberi* Hanefita [discipulo
 Imami *Mohammed*, vulgo *Shalikhí* dicti, anno 230 (inc. 18. Sept. 844) mortuo]. —
 2021. El-Beyán fi el-forú', expositio partium juris specialium. *Sheikh Abu'lkheir*
Yahya Ben Salim Yemeni Shafita [*Imrání*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuus],
 in componendo hoc libro crasso, circiter decem volumina complectente, sex annos
 consumsit. — 2022. El-Beyán, expositio de jure sectae *Imámíyet*. — 2023. El-Beyán,
 expositio, auctore *Ibn-elsikkít*. — 2024. El-Beyán, expositio. *Commentarius* 5
compendii Codúrú, de quo litera *Mím* videatur. — 2025. *Beit mál el-modzakkírín*,
 aerarium commonefacientium, auctore *Mohammed Ben-elhasan Ben Oyeina Buzjáni*. —
 2026. *Pír we Juwán*, senex et juvenis. Poëma persicum quatuor mille versuum,
 auctore *Ghadhanfar Commi* Poëta. — 2027. *Beit-báb*, janua domus de cognitione
 astrolabii. *Compendium* persicum in viginti capita divisum, auctore viro doctissimo
Nesír-ed-din Mohammed Ben Hasan Tusi, anno 679 (inc. 3. Mai. 1280) mortuo.
 Inter alios illud *Nítzám-ed-din Ben Hebibullah Hoseini* persice commentatus est, et
 scripsit anno 873 (inc. 22. Jul. 1468). —

2028. *Ilm el-beizaret*. *Ars*, quae in falconum sanitate conservanda versatur. 10

Haec doctrina, auctore libri *Miftáh el-seádet* testante, quaerit de affectionibus
 volucrum rapacium venaticarum, ratione sanitatis earum conservandae et morbi

الدالة على قوتها في الصيد وضعفها فيه وموضوعه وغايته طاعرة وكتاب القانون الواضح كاف
في هذا العلم كذا في مفتاح السعادة

علم البيطرة ٢٢٩

وهو علم يبحث فيه عن احوال الخيل من جنة ما يصح ويمرض او تحفظ صحته ويزال
مرضه وهذا في الخيل بمنزلة الطب في الانسان وموضوعه وغايته طاعر ومنفعته عظيمة لان الجهاد 5
والحج لا يقوم ولا يقوى صاحبه الا به ومن الكتب المولفة فيه
٢٢٠ بيع المرصون في غيبة المديون لتقى الدين علي بن عبد الكافي السبكي المتوفى
سنة ٧٥١ ٢٢١ بيوتات العرب لابي عبيدة معمر بن مثنى الغوى المتوفى سنة [٢١] وابي زيد
سعيد بن عوس الخزرجي [المتوفى سنة ٢١٥]

depellendi habita, et de cognitione signorum, earum firmitatem et infirmitatem in
venando demonstrantium. Ejus objectum et summus finis in aprico sunt, et liber
El-Canún El-Wádhik hanc doctrinam satis explicat.

2029. *Ilm el-beitaret. Ars veterinaria.*

Hæc est ea doctrina, in qua de affectionibus equorum, ratione eorum sanitatis,
5 morbi, vel sanitatis conservandæ et morbi depellendi habita, quaeritur. Veterinaria
eundem locum tenet in equis, quem medicina in hominibus. Ejus objectum et summus
finis apparent, et utilitas magna est, quod qui sacrum bellum gerit et religionis causa
peregrinatur, non nisi illius ope erigitur et corroboratur. Inter libros de illa arte
compositos sunt hi . . .

2030. *Bei' el-marhún, venditio pignoris in absentia debitoris, auctore
Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. —*
2031. *Boyútát El-Arab, ordines aedium Arabum continui, auctoribus Abu Obeida
Ma'mar Ben Mothanna Lexicologo, anno [211 (inc. 13. Apr. 826)] mortuo, et Abu
Zeid Saíd Ben Aus Khazreji, [anno 215 (inc. 28. Febr. 830) mortuo]. —*

باب التآء

٢٠٣٢ تآبِيَّةٌ فِي التَّنْصُوفِ لِلشَّيْخِ ابْنِ حَفْصِ عَمْرِ بْنِ عَلِيٍّ ابْنِ الْقَارِضِ الْحَمَوِيِّ الْمُنْتَوِي فِي سَنَةِ ٦٣٣
رَوَى ابْنُ بَنْتَهْ عَنْهُ لَمَّا أَتَمَّهَا رَأَى النَّبِيَّ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ فِي الْمَنَامِ فَقَالَ يَا عَمْرُ مَا سَمَّيْتَ قَصِيدَتَكَ قَالَ
سَمَّيْتُهَا لَوَائِحَ الْجِنَانِ وَرَوَائِحَ الْجِنَانِ فَقَالَ لَا بَلْ سَمَّيْتُهَا نَظْمَ السُّلُوكِ وَفِي بَيْتٍ فِي كُلِّ بَيْتٍ
5 صَنَاعَ لُفْظِيَّةٍ وَبَدَائِعَ شَعْرِيَّةٍ مِنَ التَّجْنِيسِ وَالتَّرْصِيعِ وَالاِشْتِقَاقِ وَغَيْرِهَا وَسَلَكَ طَرِيقَ التَّعَزُّلِ
وَبَيَّنَ فِيهِ طَرِيقَ السَّالِكِينَ لَكِنِ الْعُلَمَاءُ اخْتَلَفُوا فِيهِ وَافْتَرَقُوا فَرَقًا فَمِنْهُمْ مَنْ افْرَطَ فِي مَدْحِهِ
وَاشْتَغَلَ بِتَوْجِيهِهِ كَلَامَهُ وَمِنْهُمْ مَنْ فَرَطَ وَانْتَهَى بِكُفْرِهِ وَمِنْهُمْ مَنْ كَفَّ عَنْهُ وَسَكَتَ وَلَعَلَّهُ هُوَ
الطَّرِيقُ الْإِسْلَامِيُّ فِي أَمْثَالِهِ وَاللَّهُ أَعْلَمُ بِحَقِيقَةِ أَحْوَالِهِ وَلِنَا شَرْحٌ مِنْهَا يَسَّرُ

LIBRI QUORUM TITULI A LITERA TA INCIPIUNT.

2032. *Táiyet fi el-tasawwof*, poema in literam *Tá* exitum habens de Sufismo, quod Sheikh *Abu Hafs Omar Ben Ali Ibn-elfáridh Hamawi*, anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) mortuum, auctorem habet. Qui cum, ut nepos ex avi auctoritate testatur, carmen absolvisset, prophetam per somnium vidit. Quaerenti: O Omar, quomodo *Casidam* tuam appellas? Eam, respondit, *Lewáih el-jenán we Rewáih el-jinán* appellavi. Tum ille: Minime. Fac eam *Natzm el-solúk* appelles. — Continet autem ... versus, qui singuli artificiis dictionis et veneribus poeticeis, quoad paronomasias, 5 sermonis ornatum, etymologiam et quae sunt alia, repleti sunt. Viam ingressus est *Motazelítarum*, et in *Casida* disciplinam mysticorum exposuit. Attamen viri docti in eo iudicando variam sententiam sequuntur et in diversas partes abeunt. Alii in eo laudando iustum modum excedunt, et in ejus doctrina comprobanda occupati sunt, alii in contraria parte nimii sunt, eumque impietatis arguunt, alii denique omni iudicio abstinere et tacent, et fortasse haec ratio in ejusmodi rebus omnium probatissima est; Deus autem, qui verus ejus status sit, optime scit. *Casidam* inter alios

السعيد محمد بن احمد الفرغانى المتوفى فى حدود سنة ٧٠٠ وهو الشارح الاول لها واقدم المشايخين له حكى ان الشيخ صدر الدين القونوى عرض لشيخه محيى الدين ابن العربى فى شرحها فقال للصدر لهذه العروس بعد من اولادك فشرحها الفرغانى وانتلمسانى وكلاهما من تلاميذه وحكى ان ابن العربى وضع عليها قدر خمس كرايس وكانت بيد صدر الدين قالوا وكان فى آخر درسه يختتم بيت منها ويذكر عليه كلام ابن عربى ثم ينلوه بما يورده بالفارسية 5 وانتدب لجمع ذلك سعيد الدين وحكى ان الفرغانى قرأها أولا على جلال الدين الرومى المولوى ثم شرحها فارسيا ثم عربيا وسماه منتهى المدارك وهو كبير اورد فى اوله مقدمة فى احوال السلوك اوله للحمد لله القديم الذى تعزز الخ وشرح الشيخ عز الدين محمود المنظيرى الكاشى المتوفى سنة ٧٣٥ اوله للحمد لله الذى فلق صبح الوجود الخ وشرح القاضى سراج الدين ابى حفص عمر بن اسحق الهندى الخنقى المتوفى سنة ٧٧٣ وكان ممن يتعصب له 10

commentatus est *El-Said Mohammed Ben Ahmed Ferghani*, circa annum 700 (inc. 16. Sept. 1300) mortuus, qui primus eam explicuit, et eos omnes, qui auctorem sectati sunt, aetate praecurrit. Sheikh *Sadr-ed-din Cunevi* a *Mohyi-ed-din Ibn-elarabi* Sheikh suo, ut illam *Casidam* commentaretur, petiisse, hic autem illi respondisse dicitur: Isti sponsae maritus est ex tuis filiis. Et profecto *Casidam Ferghani* et *Tilimsani* commentati sunt, quorum uterque *Sadr-ed-dini* discipulus fuit. Deinde *Ibn-elarabi* de ea fasciculum quinque quaternionum primis lineis conscripsisse, hicque 5 in *Sadr-ed-dini* manibus fuisse traditur. Hunc autem dicunt in fine scholarum suarum semper versum *Casidae* recitasse, quaeque *Ibn Arabi* de eo disseruerit, protulisse, deinde *Sadr-ed-dinum* versum simul cum iis, quae *Ibn Arabi* persice dixerit, recitasse, *Said-ed-dinum* autem se ad haec colligenda accinxisse. *Ferghani* primum eam coram *Jelal-ed-din Rumi Maulewi* legisse fertur, tum eam persice, deinde vero etiam arabice commentatus est, et hunc commentarium satis magnum, cujus initio introductionem de affectionibus viae mysticae inseruit, inscripsit: *Muntehá el-medarik*. Incipit autem ita: Laus Deo aeterno, qui potentissimus est etc. Tum *Casidam* commentati sunt Sheikh *Izz-ed-din Mahmud Netziri Kushi*, anno 735 (inc. 1. Sept. 1324) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui auroram 10 existentiae diffidit etc. — *Cadhi Siraj-ed-din Abu Hafz Omar Ben Is'hac Hindi Hanefita*, anno 773 (inc. 15. Jul. 1371) mortuus, qui a partibus adversariorum ejus

وشرح الشيخ شرف الدين داود بن محمود القيصري وهو من حذائي شراحها. اورد في اوله مقدمة وثلاث مقاصد ويين فيه اصول التصوف وطريق الوصول والجمع والتوحيد ومراتبها وذكر تحقيقات لطيفة لم يتعرّض الشارحون ليا وذكر بعضهم ان اسم هذا الشرح كشف وجوه الغر لمعانى الدرّ وشرح عفيف الدين سليمان بن علي التلمساني المتوفى سنة ٦٩٠ وهو 5 يرجح مع اختصاره على شرح الفرغاني مع اثاره واورد في اوله مقدمة مشتملة على عشرة اصول تبني علينا قواعدهم وشرح الفاضل محمد امين الشبير بامير پادشاه البخارى نزيل مكة وشرح انكاشاني اوله الحمد لله الذي خلق بقدرته صبح الوجود الخ وهو شرح معزوز كتب الابيات تماما وشرح الشيخ علي بن عطية الحموي الشبير بعلوان الهيتي المتوفى سنة ٦٩٣ وسمّاه مدد القانتس والكشف العارض اوله الحمد لله الذي منه واليه الخ وشرح الشيخ زين 10 العابدين محمد بن عبد الرؤف المناوي المصري المتوفى سنة ٨٣٣ وشرح صدر الدين علي الاصفهاني المتوفى سنة ٨٣٤ وشرح الشيخ امعيل الانقروى المولوى [المتوفى سنة ١٠٤٣] وهو

stetit — Sheikh Sheref-ed-din Dawud Ben Mahmud Casari, qui in acutissimis *Casidae* interpretibus numerandus est. Ab initio commentarii introductionem habet et tres *Mecásid*, in quibus principia Theosophiae, viam, qua ad illam perveniatur, unionem mysticam, fidem in unum Deum et varios viae gradus exponit, et observationes subtiles et venustas profert, in quas ceteri interpretes non inciderunt. Vir aliquis nomen hujus commentarii esse dicit *Kashf wajuh el-ghorr li meáni el-dorr* — Afif-ed-din Soleimán Ben Ali Tilimsáni, anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuus, cujus commentarius, quamvis compendiosus, commentario *Ferghánû* admodum lato 5 praeferendus est. Praemisit praefationem decem principia complectentem, quibus praecepta doctrinae mysticae primaria superstructa sunt — vir bene meritus *Mohammed Emin Bokhári*, vulgo *Emir Padishah* dictus et Meccae inquilinus — *Kasháni*, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, qui potentia sua auroram existentiae creavit etc. Ei textus verba admixta et versus plene additi sunt — Sheikh *Ali Ben Atiya Hamawi Hiti*, vulgo *Alawán* dictus et anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus, cujus commentarius *Madad el-fúdh ve El-Kashf El-Aridh* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, a quo et ad quem etc. — Sheikh *Zein-elabidin Mohammed Ben Abd-el-rawuf Monáwi Misri*, anno 1022 (inc. 11. Febr. 1613) mortuus — *Sadr-ed-din Ali Isfaháni*, anno 836 (inc. 28. Aug. 1432) mortuus — Sheikh *Ismail Anckirewi Mewlewi* [anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuus], qui commentarium

تركى ألفه سنة 1025هـ وشرح المولى المعروف الذى شرحه تركياً مختصراً حال كونه قاضياً بمصر وذكر أن الشيخ ركن الدين الشيرازى شرحها أيضا وأما المتعصبون عليه فلم يردود وشرح انكروا فيها مواضع منها اطلاق ضمير المؤنث على الله تعالى ووحدة الوجود وانلاقات معلومة عند الصوفية فمنهم الشيخ الامام برهان الدين ابراهيم بن عمر البقاي الشافى المتوفى سنة 880هـ صنف مجلداً فى رده وسماه صواب الجواب للسائل المرتب المعارض المتجادل فى كفر ابن 5 فارص وذكر فيه أن رجلاً من الاغنياء رام ائتبار بدعة الاتحادية سنة 874هـ بالقاهرة فآخذ يقرأ فى شرح السعيد الفرغانى على اثنتائيه فقام فى نصره الله تعالى ورسوله صلعم قاضى القضاء المحب ابن الشحنة الحنفى والعز ائقناتى الحنبلى وكمال الدين محمد بن اسام التاملية الشافى فاستند ذلك الرجل الى جماعة واستفتى فيمن قل بكفر عمر ابن الفارص فكتب له اكثر فضلاء القاهرة ولم يصادفوا عين الصواب منيم الشيخ محبى الدين الكافيجى والشيخ تقى الدين الحصى والشيخ فخر الدين 10

anno 1025 (inc. 10. Jan. 1616) turcice composuit — *Molla Ma'rif*, qui pariter turcice et breviter commentatus est, cum Misrae judex esset. Narrat, Sheikh *Rokn-ed-din Shirāzi* quoque *Casidam* commentatum esse. — Ii etiam, qui partium studio in auctorem invehebantur, refutationes et commentarios scripserunt, in quibus plures locos improbant, quales sunt usus pronominis feminini generis de Deo, unitas existentiae, usus communes dictionum Sufis sollemnum. In horum numero est Sheikh 5 et Imam *Borhān-ed-din Ibrahim Ben Omar Beclā* Shafita, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus, qui volumen ad auctorem refutandum, *Sevāb el-jewāb* i. e. responsio justa interroganti dubitanti, adversanti et altercanti de impietate *Ibn Fāridhi* data, inscriptum composuit, in quo narrat, virum opulentum novam sectam *Ittihādiyet* i. e. quae essentiam Dei cum ejus attributis confundit, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) Cahirae promulgare concupivisse, ipsum igitur in commentario, quem *Said Ferghāni* ad *Taiyet* scripserit, legere incepisse. Tum ad Deum ejusque legatum adjuvandum Cadhi el - codhāt *Mohibb - ed - din Ibn - elshehneh* Hanefita, *Izz-ed-din Kināni* Hanbalita et *Kemāl-ed-din Mohammed Ben Imām El-Kāmiliyet* Shafita surrexisse; quapropter illum ad multos viros doctos provocasse hosque de illis consuluisse, qui 10 *Omar Ibn-elfāridh* impietatis accusent. Permulti inter viros Cabirenses bene eruditos

المقسى والشمس الجوجرى والجلال البكرى الشافعيون والشيوخ قاسم ابن قطلوبغا الحنفى ولما بلغ اجوبتهم البقاي اجاب عنها اولا ثم انتقى عن الثانية ما يقارب ٤٥ بيتا شهد شراحيا ان مراده منها صريح الاتحاد وذكر ان العلامة نجم الدين احمد بن حمدان الحراني الحنبلى صنّف مصنفا حافلا تكلم فيه على جميع الثانية وبين كفره فيها اوله الحمد لله الذى اقدرني 5 على قول الحق وفعله الخ وصنّف انقاضى شمس الدين محمد البساطى شرحا على تآيية وصرح بكفره فيه والامام ابو حيان صرح ايضا في تفسيره البحر والنهر ٢٠٣٣ تآيية صغرى لابن الفارض المذكور ايضا اولها بيت

نعم بالصبا قلبى صبا لاحبتي فيا حبذا ذاك الشذا حين هبت

وشرحها الفاضل الاديب حسن بن محمد البورى المتوفى سنة ١٠٢٤ اوله الحمد لله الذى اورد 10 احبائه مناغل الصفاء الخ نكر آتيا بكر لانه لم يولف لها شرح ٢٠٣٤ تآيية

Shems-ed-din Jujeri, Jelul-ed-din Bekri Shafitae, et Sheikh Casim Ibn Cottuboghá Hanefita, quorum responsa cum ad Becái pervenissent, primum ea refutavit, deinde vero circiter quadringentos quinquaginta versus e Táiyet elegit, quibus, ut interpretes testantur, auctor sectae illius disciplinam disertè significat. Commemorat etiam, virum doctissimum Nejm-ed-din Ahmed Ben Hemdán Harráni Hanbalitam opus amplum composuisse, in quo de omnibus Casidae Táiyet versibus disseruerit, in iisque auctorem impietatem suam comprobasse demonstraverit. Incipit hic commentarius ita: Laus Deo, qui me ad verum dicendum et faciendum destinavit etc. Pariter Cádhi 5 Shems-ed-din Mohammed Bisáti commentarium in Táiyet scripsit, in quo auctoris impietatem disertis verbis demonstrat, quod idem Imám Abu Hayyán in duobus commentariis coranicis El-Bahr et El-Nahr fecit. — 2033. Táiyet Soghra, Casida Táiyet parva, eodem Ibn-elfáridh auctore modo commemorato. Incipit ita:

Útique, per Eurum cor meum amore flagrans dilectos meos amplectitur.
Jo! qualis hic suavis odor, quando flat!

Eam commentatus est vir bene meritus et philologus *Hasan Ben Mohammed Burini*, anno 1024 (inc. 21. Jan. 1615) mortuus, qui *Casidam* illam virginem esse dicit, quod nullus in eam commentarius compositus sit. Commentarius ille incipit ita: Laus Deo, 10 qui dilectos suos ad fontes puritatis accedere jubet etc. — 2034. Táiyet, *Casida*,

في النحو للشيخ ابراهيم الشبستري المتوفى سنة ٩٧٠ نظم فيها الكافية وزاد عليها وسماها نهاية
 البيهجة ثم شرحها شرحاً لطيفاً مزوجاً وكان فريداً في الصناعة والنظم يقال له سيبويه الثاني
 ٢٣٥ تآيية في نظم ايساغوجي للشيخ ابراهيم المذكور سماها موزون الميزان ثم شرحها
 ايضا وكتبتما في غاية البلاغة ٢٣٦ تآيية في نظم الشافية يأتي ذكرها مع شرحها ٢٣٧ تآيية
 في التأريخ لعبد القادر بن حبيب الصفدي شرحها الشيخ علي بن عطية المعروف بعلوان 5
 الحموي المتوفى سنة ٩٣٣ ٢٣٨ تآييد المئة بتأييد اهل السنة للشيخ جمال الدين محمد
 ابن ابي الحسن البكري مختصر اوله نحمدك اليم مشرق انوار النجمال الخ ألفه في محرم
 سنة ٩٩٣ .. ٢٣٩ تاتارخانية في الفتاوى للامام الفقيه عالم بن علاء الحنفي وهو كتاب
 عظيم في مجلدات جمع فيه مسائل تحيط بالبرهان والذخيرة والخاتبة والطبيرة وجعل الميم
 علامة للمحيط وذكر اسم الباقي وقدم باباً في ذكر العلم ثم كتب على ابواب الهداية وذكر 10

-
- Nihāyet El-Behjet* inscripta, de syntaxi, in qua Sheikh Ibrahim Shabisteri, anno 917 (inc. 31. Mart. 1511) mortuus, grammaticam *Kāfiyet* nonnullis additamentis auctam metricè exaravit. Postea in eam commentarium lepidum scripsit, cui textum admiscuit. Auctor in grammatica et arte poetica ita excelluit, ut *Sibaveih* secundus appellaretur. — 2035. *Tāiyet*, metrica Isagoges exaratio, *Mauzūn el-mizān* ab auctore Sheikh Ibrahim modo laudato inscripta. Postea eam commentatus quoque est, et opus utrumque summae eloquentiae laude floret. — 2036. *Tāiyet*, metrica operis *Shāfiyet* exaratio, quod infra cum commentariis commemorabitur. — 2037. *Tāiyet*, carmen 5 historicum in *Tā* exiens, auctore *Abd-el-cādir Ben Hebīb Safedi*. Commentatus illud est Sheikh *Ali Ben Otayya Hamawi*, vulgo *Alawān* dictus et anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus. — 2038. *Tabīd el-monnet*, aeterna beneficii memoria in traditionariis adjuvandis conspicua. Compendium ita incipiens: Laudamus Te, o Deus, qui ortus es luminum pulchritudinis etc., quod Sheikh *Jemāl-ed-dīn Mohammed Ben Abīlhasan Bekri* mense Moharrem anni 962 (inc. 26. Nov. 1554) confecit. — 2039. *Tatārkhāniyet*, thesaurus responsorum juridicorum, *Tatar khanicus* dictus. Magnus liber plurium voluminum, in quo Imām et Jurisconsultus *Alim Ben Alā Hanefita* quaestiones juridicas operum *El-Mohit El-Borhāni*, *Dzakhiret*, *Khaniyet*, 10 *Tzahiriyet* collegit, et *El-Mohit* litera *Mim*, cetera opera vero pleno nomine signavit. Capite de scientia praemisso, cetera secundum capita libri *Hidāyet* digessit, et se ad

آده اشار الى جمعه الخان الاعظم تاتارخان ولم يسم ولذلك اشتهر به وقيل آده سماه زاد
 المسافر ثم ان الامام ابراهيم بن محمد حلي المتوفى سنة ٩٥١ هـ خصه في مجلد وانتخب منها
 ما هو غريب او كثير الوقوع وليس في الكتب المتداولة والتزم بتصريح اسامي الكتب وقال
 متى ائلف الخلاصة فالمراد بها شرح التهذيب واما المشهورة فتفيد بالفتاوى ٢٠٤٠ تاج الادب
 5 تركي لعل بن حسين الاماسي مختصر آده لبعض اولاد الاكابر سنة ٨٥٧ هـ ٢٠٤١ تاج الاسماء
 في اللغة مجلد اوله الحمد لله الذي علم آدم الاسماء الخ جمع فيه الاسماء للرمحشري
 وكتاب السامي للميداني وصحاح النجويري ورتب ترتيب الصحاح ٢٠٤٢ تاج الانساب
 لمحمد بن اسعد الحسيني المتوفى سنة ٥٨٨ هـ ٢٠٤٣ تاج التراجم في تفسير القرآن
 للاعاجم للامام شافور وللشيخ الامام ابي المظفر طاهر بن محمد الاسفرائني [الشافعي
 10 المتوفى سنة ٧١٤] ٢٠٤٤ تاج التراجم في طبقات الحنفية للشيخ قاسم ابن قطلوبغا

opus colligendum a *Khāno magno Tatarkhān* excitatum esse narrat; et quanquam
Khāni nomen in fronte non posuit, tamen ob ejus mandatum liber titulo *Tatarkhāniyet*
 celebratus est; auctor vero operi nomen *Zād el-musāfir* dedisse dicitur. Postea *Imām*
Ibrahim Ben Mohammed Halebi, qui anno 956. (inc. 30. Jan. 1549) obiit, illud in
 epitomen unius voluminis coëgit, e quaestionibus eas elegit, quae vel singulares vel
 contra usus multiplicis erant, neque alias in libris tritis inveniebantur. Disertam
 nominum librorum significationem sibi legem fecit, et: Quando, inquit, in universum
El-Khilāset dicitur, commentarius operis *Tehdzīb* intelligendus est, opera magis nota
 autem titulo *Fetāwa* restricta sunt. — 2040. *Tāj el-adeb*, corona studiorum, quae
 humanitatis nomine comprehenduntur. Compendium turcicum, quod *Ali Ben Hosein* 5
Amāsi juveni cuidam e genere magnatum anno 857 (inc. 12. Jan. 1453) composuit. —
 2041. *Tāj el-asmā*, corona nominum. Volumen lexicologicum ita incipiens: Laus
 Deo, qui Adamum nomina docuit etc., in quo auctor nomina e *Zamakhsheri*, e libro
Meidāni El-Sāmi dicto, et *Sehāh Jauharā* collegit, eaque in hujus lexicum ordinem
 redegit. — 2042. *Tāj el-ansāb*, corona genealogiarum, auctore *Mohammed Ben*
As'ad Hoseini, anno 588 (inc. 18. Jan. 1192) mortuo. — 2043. *Tāj el-terājim*,
 corona interpretationum de exegesi coranica apud Persas, auctoribus *Imām Shahfūr*
 et *Sheikh* et *Imām Abu'lmozaffer Tāhīr Ben Mohammed Isferā'ni* [Shafiita,
 anno 871 (inc. 13. Aug. 1466) mortuo]. — 2044. *Tāj el-terājim*, corona 10
 biographiarum de classibus Hanefitarum. Compendium, quod *Sheikh Cāsīm Ibn*

- الحنفي المتوفى سنة ٨٧١ وهو مختصر جمعه من تذكرة شيخه التقى المقبري ومن الجواهر
المضبوطة مقتصرًا على ذكر من له تصنيف وعم ثلثمائة وثلثون ترجمة - ٢٠٤٥. تاج التواريخ للمولى
سعد الدين بن حسن جان المعروف بخواجه افندي المتوفى سنة ١٠٠٨ وهو تأريخ تركي
مشهور لخص فيه تواريخ آل عثمان بانشاء لطيف وكتب من اول الدولة الى آخر عصر السلطان
سليم القديم وروى ممن انتهى اليه انه سوده الى زمانه لكنه لم يخرج سوى ما هو المتداول 5
٢٠٤٦. تاج الحرة لابي العلاء احمد بن عبد الله المعري المتوفى سنة ٤٢١ وهو ٠٢٠. كراسة
في عظات النساء خاصة ٢٠٤٧. تاج السلاطين في معرفة الاباليس والشياطين ٢٠٤٨. تاج
الشيوخ فارسي ٢٠٤٩. تاج العارفين ٢٠٥٠. تاج العروس للشيخ تاج الدين احمد بن
محمد [بن عبد الكريم الزاهد] الاسكندراني المتوفى سنة ٧٠١ اوله آيينا العبد اضلب النوبة الخ
٢٠٥١. تاج المآثر في التأريخ فارسي لصدر الدين محمد بن حسن النظامي ٢٠٥٢. تاج المداخل 10

- Cottuboghá Hanefita*, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) defunctus, e *Tedzkiret* Sheikhi sui
Tacki-el-din Macrizi et e *Jewáhir Modhiel* ita collegit, ut eos tantum nominaret,
qui auctores librorum exstiterunt; unde trecentas triginta vitas confecit. — 2045. *Táj*
el-tewárikh, corona historiarum. Historia turcica satis nota, in qua *Molla*
Sa'd-ed-din Ben Hasan Ján, vulgo *Khoja Efendi* dictus et anno 1008 (inc. 14. Jul.
1599) mortuus, genere orationis comto et ornato historias gentis Othmanicae potio-
rem partem excerpsit, et opus ab initio hujus dynastiae usque ad ultima tempora Sultani
Selim primi conscripsit. Attamen ut anonymus quidam, ad quem rei notitia pervenit,
5 testatur, auctor librum primis lineis usque ad suum tempus confecit, neque vero
exemplum aliud, quam quod in virorum doctorum manibus vertitur, in vulgus editum
est. — 2046. *Táj el-horret*, corona feminae liberae, auctore *Abu'lalá Ahmed*
Ben Abdallah Maarri, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. — Quadringenti
quaterniones, peculiariter admonitiones feminarum continentes. — 2047. *Táj el-selátín*,
corona Sultanorum de cognitione Diabolorum et Satanarum. — 2048. *Táj el-shoyúkh*,
corona Sheikhorum. Persice. — 2049. *Táj el-árifín*, corona mysticorum
spiritualium. — 2050. *Táj el-arús*, corona sponsae, auctore *Sheikh Táj-ed-din*
Ahmed Ben Mohammed [*Ben Abá-el-kerím Záhid*] *Iskenderáni*, anno 709 (inc.
11. Jun. 1309) mortuo. Incipit ita: O serve Dei, quaere emendatiorem vitam etc. —
10 2051. *Táj el-meáthir*, corona monumentorum. Historia persica, auctore *Sadr-ed-din*
Mohammed Ben Hasan Nitzámi. — 2052. *Táj el-medákhil*, corona introductionum,

للشيخ الامام ابى بكر بن السراج / ٢٥٣ تاج المذكرين فى الموعظة للشيخ الامام ابى مالك
 نصر بن نصير ٢٥٤ تاج المصادر فى اللغة لابى جعفر احمد بن على المعروف بجعفرى المقرئ
 البيهقى المتوفى سنة ٥٢٢ وهو مجلد اوله الحمد لله رب العالمين حمداً يفوق حمد الشاكرين
 الخ جمع فيه مصادر القرآن ومصادر الاحاديث وجردها عن الامثال والاشعار واتبعها الافعال
 5 اثنى تكثر فى درابين العرب ٢٥٥ تاج المصادر فى لغة الفرس لرودى الشاعر ٢٥٦ تاج
 المعاني فى تفسير سبع المثاني للشيخ الامام ابى نصر منصور بن سعيد بن احمد بن الحسن
 وهو كبير فى مجلدات اوله احق ما صرفت اليه الرغبة وجردت فيه العناية الخ ذكر ديباجة
 طويلة بليغة ثم ذكر ان القائد ابا على الحكيم كان راغباً فى كتاب الله تعالى مؤلفاً فاشار الى
 تأليفه فآلفه سنة ٣٥٣ وقدم مقدمة فى الحروف والاعراب ثم شرح المقصود واورد فيه جميع ما فى
 10 التفسير بعبارات لطيفة والفاظ فصحة تدل على مهارته فى الادب ٢٥٧ تاج المعلى فى بيان الادباء

auctore Sheikh et Imám *Abu Bekr Ben-elsiráj*. — 2053. *Táj el-modzakkirín*,
 corona commonefacientium. Opus paraeneticum, auctore Sheikh et Imám *Abu*
Málik Nasr Ben Nasir. — 2054. *Táj el-mesádir*, corona infinitivorum. Opus
 lexicologicum unius voluminis, in quo *Abu Jafar Ahmed Ben Ali Beihacki* Corani
 lector, vulgo *Jafarek* dictus et anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuus, nomina actionis
 in Corano et traditionibus obvia collegit, e proverbis et carminibus sine ullo nexu
 detraxit, iisque verba subjunxit, quae saepius in thesauris poetis Arabum occurrunt.
 Incipit ita: Laus Deo, mundorum domino, ea, quae laudem gratias agentium 5
 superat etc. — 2055. *Táj el-mesádir*, corona infinitivorum, de lexicologia
 Persarum, auctore *Rudeki Poëta*. — 2056. *Táj el-meáni*, corona sententiarum.
 Commentarius primae Suratae, auctore Sheikh et Imám *Abu Nasr Mansúr Ben Saíd*
Ben Ahmed Ben-elhasan. Liber magnus plurium voluminum, qui ita incipit:
 Verissimum, ad quod cupiditas propensa est et in quo uno cura versatur etc. Auctor
 prologum longum et disertum praemittit et narrat, praefectum *Abu Ali* philosophum
 opus de libro divino in votis habuisse, et se ab eo ad illud scribendum excitatum
 esse, ideoque se anno 353 (inc. 19. Jan. 964) scripsisse. Praemisit autem praefationem
 de particulis et flexionibus finalibus, tum propositum commentando persequitur, et
 omnia, quae in commentariis inveniuntur, dictionibus elegantibus et verbis disertis 10
 profert, quae ejus peritiam rerum philologicarum probant. — 2057. *El-Táj*
El-Moalla, corona eminens. Descriptio philologorum seculo octavo viventium,

الكائنة في المائة الثامنة للشيخ الامام لسان الدين محمد بن عبد الله بن الخطيب القرطبي
 [المقتول بالغرب] سنة ٧٧١ ٢٥٨ تاج المقرئ ٢٥٩ تاج النسرين في تأريخ قنشرين لمحمد
 ابن علي بن [محمد ابن] عشائر الحلبي المتوفى سنة ٧٨٩ ٢٦٠ التاج في زوائد الروضة على
 المنهاج يأتي في الرآء ٢٦١ تاجي في اخبار دولة الديلمية لابي اسحق ابراهيم ابن جلال
 الصابي المتوفى سنة ٣٨٤ آفة بامر عصد الدولة وسماه بالنسبة الى لقبه تاج الملة وهو كتاب
 يبلغ العبارة على ما ذكره ابن خلكان ٢٦٢ تأخير الظلمة الى يوم القيامة للشيخ جلال
 الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ وهو رسالة ألفها شكاية عن آذاه
 وذكر قصة ثعلبة بن خاطب وغيره ٢٦٣ التآديب في مختصر التدريب يأتي قريباً
 ٢٦٤ تادية الامانة في قوله تعالى انا عرضنا الامانة للشيخ ابي الحسن محمد البكري جعله
 على اربعة مقاصد وانتهى في ربيع الآخر سنة ٩١٣

10

- auctore Sheikh et Imám *Lisán - ed - dín Mohammed Ben Abdallah Ben - elkhatab*
Corlubi; Granadae anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) occiso. — 2058. *El - Táj*
El - Mofarrac, corona distincta. — 2059. *Táj el - nistrin*, corona rosae caninae.
Historia Ckinnesrinica, auctore *Mohammed Ben Ali Ben [Mohammed Ibn] Asháir*
Halebi, anno 789 (inc. 22. Jan. 1387) mortuo. — 2060. *Ei - Táj*, corona, de
 additamentis operis *Raudhet*, de quo litera *Rá* videatur, ad librum *Minháj*. —
 2061. *Táji*, coronaria. *Historia dynastiæ Deilemiticae*, quam *Abu Is'hac Ibrahim*
 5 *Ibn Hílál Sábi*, anno 384 (inc. 15. Febr. 994) defunctus, jussu principis *Adhod - ed - dewlet*
 composuit. Hic liber, cui ratione cognominis sui honorifici *Táj - el - millet* habita nomen
Táji dedit, teste *Ibn Khallekán*, oratione diserta excellit. — 2062. *Takhír*
el - tzolámet, poena injuriae illatae in diem resurrectionis dilata. Tractatus, quem
 Sheikh *Jelál - ed - dín Abd - el - rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun.
 1505) defunctus, composuit de viro aliquo; qui ipsum vexaverat, questurus, et
 historiam *Thalabáe Ben Khátib* aliorumque narrat. — 2063. *El - Tádib*, eruditio.
 Epitome libri *Tedrib*, de quo paulo post dicetur. — 2064 *Tadiyet el - amánet*,
 praestatio depositorum. Tractatus de dicto coranico „Nos sane proposuimus fidem,
 10 quem Sheikh *Abulhasan Mohammed Bekri* composuit, in quatuor *Mecúsid* digessit,
 et *Rebí* secundo anni 923 (inc. 24. Jan. 1517) ad finem perduxit. —

علم التاريخ ٢٠٦٥

التاريخ في اللغة تعريف الوقت مطلقاً يقال أرخت الكتاب تأريخاً وورخته توريخاً كما في الصحاح قبل هو معرب من ماه روز وعرفاً هو تعيين وقت لينسب اليه زمان يأتي عليه او مطلقاً يعنى سواء كان ماضياً او مستقبلاً وقيل تعريف الوقت باسناده الى اول حدوث امر 5 شائع من ظهور ملتة او دولة او امر هائل من الآثار العلوية والحوادث السفلية مما يندرج وقوعه جعل ذلك مبداء لمعرفة ما بينه وبين اوقات الحوادث والامور التي يجب ضبط اوقاتها في مستأنف السنين وقيل عدد الايام والليالي بالنظر الى ما مضى من السنة والشهور والى ما بقى وعلم التاريخ هو معرفة احوال الطوائف وبلدانهم ورسومهم وعاداتهم وصنائع اشخاصهم وانسابهم ووفياتهم الى غير ذلك وموضوعه احوال الاشخاص الماضية من الانبياء والاولياء 10 والعلماء والكماء والشعراء والملوك وغيرهم والغرض منه الوقوف على الاحوال الماضية وفائدته

2065. *Ilm el-tarikh. Historia*

*Vox tarikh ex lingua usu temporis descriptionem in universum sine ullo discrimine significat. Dicitur arrakhtó el-kitáb, ut infinitivus sit tarikh, et warrakhtóho, ut infinitivus taurikh sit, i. e. tempus in literis adscripsi, quemadmodum in Seláh docetur. Alii volunt hanc vocem e persicis verbis mah rúz i. e. numerus mensium et dierum, arabice formatam esse. Ex usu vero loquentium recepto epochae certae descriptionem significat, ita ut tempus superveniens aut tempus in universum ad illam referatur i. e. sive sit praeteritum, sive futurum. Alii vocem per descriptionem temporis explicant, illud ad primum aliquod eventum illustre revocantes, ut est origo sectae, 5 vel dynastiae, vel ostenti extraordinarii et terribilis, sive hoc in coelo, sive in terra evenerit, ita tamen comparati, ut ejus visio ad initium inde capiendum moneat cognitionis spatii inter illud et inter tempora eventorum et rerum gestarum intercedentis, quorum tempora, spectata annorum descriptione futura, necessario definienda sunt. Alii deinde esse dicunt numerum dierum et noctium, ita ut annus, menses praeteriti, et reliquae temporis partes spectentur. *Ilm el-tarikh* vero sive doctrina historiae est cognitio, quo statu gentes sint, et earum urbes, mores, consuetudines itemque artes, genealogiae mortisque singulorum virorum conspiciuntur, et quae sunt alia. Objectum ejus est conditio singulorum prophetarum, sanctorum, virorum doctorum, philosophorum, poetarum, principum et aliorum, qui praeterito tempore floruerunt. Finis ejus spectatur 10 in eventorum praeteritorum intelligentia, et utilitas in exemplo ex his eventis capto,*

العبرة بتلك الاحوال والتنصح بها وحصول ملكة التجارب بالوقوف على تقلبات الزمن ليحتجز
 عن امثال ما نقل من المنار ويسجلب نتائجها من المنافع وهذا العلم كما قيل عمر آخر
 للناظرين والانتفاع في معرته بمنافع تحصل للمسافرين كذا في مفتاح السعادة وقد جعل صاحبه
 لهذا العلم فروجا كعلوم الطبقات والوثائق لكن الموضوع مشتمل عليها فلا وجه للانفraz
 والتفصيل في مقدمة الفذلكنة من مسودات جامع الخجلة واما انكتب المصنفة في التأريخ فقد 5
 استقصيناها الى الف وثلاثمائة فنذكر هينا على الترتيب المعينون انصحف الاختصاء في تأريخ
 القدس انصحف الورى في تأريخ مكة اتعاط الخنفاء في الفاطميين اتعاط المتأمل في
 خطط مصر آثار الباقية عن القرون الخالية احسن اللطائف في الطائف الاحاطة في
 تأريخ غرناطة احداث الزمان احسن السلوك اخبار الاخبار اخبار الدول اخبار
 الدولة اخبار الخلفاء اخبار الربط اخبار الزمان اخبار الشعراء اخبار العارفين 10
 اخبار العلماء اخبار الفقهاء اخبار القصاص اخبار القرطبيين اخبار

quo homines se moneri patiantur, et in comparatione facultatis, usum ex vicissitudinum
 temporis cognitione consequendi, ut talia evitentur, quae *Modhâridis* accidisse traduntur,
El-Ilâm, expositio et doctrina de sagittis jaciendis. Compendium, quod *Ali Ben Cásim Sa'di Halebi* artis jaculandi peritus Emiro *Bersâi Djerkesi* composuit. Incipit ita: Laus Deo admodum misericordii et propitio etc., et in fine *Arjúzet* habet de primariis artis jaculandi regulis. — 3134. Ta'lim el-moteallim, institutio discentis, auctore *Imâm Borhân-ed-dîn Zerbauji*, ut in libro *Buldân* legitur. [*Tackî-ed-dîn* vero in *Classibus Hanefitarum: Borhân el-islâm*, inquit, unus discipulorum auctoris libri *Hidayet*, librum admodum pretiosum *Ta'lim el-moteallim taric el-teallom* i. e. institutio discentis ad rationem discendi edidit]. Compendium, quod ita incipit: Laus 5 Deo, qui filios Adami scientia et praxi praetulit etc., et in sectiones digestum est — de natura scientiae — de intentione — de delectu scientiae — de scientia magni aestimanda — de diligentia — de initio studiorum — de fiducia in adipiscenda doctrina — de tempore scientiam comparandi — de animi clementia — de studio assiduo scientiam comparandi — de temperantia in statu discendi — de modis, quibus tenacitas memoriae et oblivio acquiritur — de iis, quae bona afferunt. *Ibn Ismail*, qui tempore Sultani *Murâd III.* floruit, illud ita commentatus est, ut textum adderet. Commentarius ita incipit: Laus Deo, qui in nos beneficia confert etc., et editor se eum eunuchis Haremi Sultanicis, cum ibi doceret, composuisse narrat. Ab aliis *Naw'io* 10 attribuitur, et ejus compositioni anno 996 (inc. 22. Nov. 1587) finis impositus est. Turcica libri translatio, *Irshâd el-tâlibîn fi ta'lim el-moteallimîn*, inscripta, *Sheikh Abd-el-mejid Ben Nasûh Ben Isrâyl* auctorem habet. — 3135. Ta'yîn el-obbâd,

- ٣١٣٥ تعيين العباد ومعين العباد للشيخ امعبد الازري ٣١٣٦ تعيين الغرف للمعين على
 عين عرفات لجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨٧٠ ٣١٣٧ انتعيين
 فى التامين لمحمد بن ابى بكر بن احمد المستبشرى ٣١٣٨ التغلغل والاطفاء لى نار لا تطفأ
 للشيخ جلال اندين عبد الرحمن بن ابى بكر السبوطى المتوفى سنة ٩١١ رسالة اوليا الحمد
 لله الذى لا راد لقتضائه الخ اورد فيه الاحاديث الواردة فى موت الاولاد ورتبه على فنون وفرغ 5
 سنة ثلاث وسبعين وثمانمائة ٣١٣٩ تغيير التنقيح فى الاصول يائى ٣١٤٠ تغيير المفتاح يائى
 فى الميم ٣١٤١ تفاح النفاخ منظومة لحسين بن زين العابدين بن الشيخ باين ام الولد
 ٣١٤٢ تفاحة فى المساحة لانى الحسن احمد بن محمد بن ابراهيم الاشعري اليبى النسابة
 الخفى المتوفى سنة ٥٠٠ او ٦٠٠ ٣١٤٣ تفاحة فى النحو لانى جعفر احمد بن محمد النكاس
 النحوى المتوفى سنة ٣٣٨ ٣١٤٤ تفاحة لانى عمر محمد بن عبد الواحد المعروف بغلام 10

- determinatio cultorum dei et descriptio hominum, auctore Sheikh *Ismail Adzreï*. —
 3136. Ta'yín el-gharafát, determinatio accurata haustuum in usum ejus, qui
 fontem montis *Arafát* explorare debet, auctore *Majd-ed-dín Abu Táhir Mohammed
 Ben Yacúb Firúzábádí*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 3137. El-Ta'yín
 fi el-tamín, determinatio accurata de dicendo Amen, auctore *Mohammed Ben Abi
 Bekr Ben Ahmed Mostabsheri*. — 3138. El-Teghallol we El-Itfá, infusio et
 exstinctio ignis, qui non exstinguitur, auctore Sheikh *Jelúl-ed-dín Abd-el-rahman
 Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus ita incipiens:
 5 Laus Deo, cujus decretis nemo repugnat etc., in quo ille traditiones de morte liberorum
 circumlatas profert, easque in sectiones distribuit. Absolvit eum anno 873 (inc.
 22. Jul. 1468). — 3139. Taghyír El-Tenckíh, emendatio operis *Tenckíh* de
 principiis. Vide infra. — 3140. Taghyír El-Miftáh, emendatio operis *Miftáh*,
 de quo litera *Mím* videatur. — 3141. Toffáh el-nofáh, malum odorem diffundens.
 Carmen, auctore *Hosein Ben Zein-elabidin* filio viri vulgo *Ibn Omm el-ueled* dicti. —
 3142. Toffáh et fi el-misáh et, malum de dimensione, auctore *Abu'lhasan Ahmed
 Ben Mohammed Ben Ibrahim Ash'ari Yemeni* Hanefita Genealogista, anno 500 (inc.
 2. Sept. 1106) sive 600 (inc. 10. Sept. 1103) mortuo. — 3143. Toffáh et fi
 el-nahw, pomum. Opus grammaticum, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed*
 10 *Nehhás* Grammatico, anno 338 (inc. 1. Jul. 949) mortuo. — 3144. Toffáh et,
 pomum, auctore *Abu Omar Mohammed Ben Abd-el-wáhid*, vulgo *Gholám Thaleb*

تعلب [المتوفى سنة ٣٤٥] ٣٤٥ تفرید فی القراءات العشر للبطنأحی ٣٤٦ تفاسیر فی لغة
انفیس حکیم قطران الارموی ٣٤٧ تفریح الکریة لدفع الطلبة مختصر للشیخ محمد بن ابی
السرور البکری ذکر فی تاریخه انه آفہ فی وقعة محمد پاشا والی مصر مع عسکر مصر لدفع
حذه البدعة سنة ١٠٧٧ وقال معنی الطلبة ان العسکر یأتوا کاشف الاقليم فيقولون له اکتب
5 لنا علی الناحية انغلانية کذا وكذا فیأمر الکاشف بكتابة ما يقولون ويکتب لهم حق
الطریق بقولیم سوی کان له حجة ام لا فدفعه الوزير المذكور ورفع عن الرعايا ٣٤٨ تفرید
فی الفروع للسلطان محمود بن سبکتکین الغزنوی الخنقی ثم الشافعی المتوفى سنة ٤٢١ قال الامام
مسعود بن شيبه کان السلطان المذكور من اعيان الفقهاء وکتابه هذا مشهور فی بلاد غزنه وهو
فی غاية الجودة وكثرة المسائل ولعله نحو ستين الف مسألة انتهى وفي التاتارخانية نقول منه
10 ولما رأى ان مذعب الشافعی اوقف لشواجر الحديث تشجع بعد ان جمع علماء المذہبين كما

dicto [et anno 345 (inc. 15. Apr. 956) mortuo]. — 3145. Tefárid, observationes
singulares de decem Corani recensionibus, auctore *Betáhi*. — 3146. Tefásir,
explicationes, de lingua Persarum, auctore *Catrán Ormaui* Medico. — 3147. Tefrij
el-korbet, liber, quo re quaesita denegata moestitia pellitur. Compendium, quod
Sheikh *Mohammed Ben Ab'Isorúr Bekri* composuisse in historia sua testatur de
certamine, in quod *Mohammed Pasha* Aegypti praefectus anno 1017 (inc. 7. Apr.
1608) cum exercitu Aegyptiorum venerat ad illam rem novam impediendam. Rem
autem quaesitam hanc esse dicit, quod milites exactorem regionis adierint clamantes:
Assigna nobis hanc summam ab illa provincia solvendam, quam et exactor iis scripto 5
curari jussit, sumtusque viae iis ita assignabantur, ut postulaverant, sive haec postulatio
justa fuerit nec ne. At *Wezirus* ille laudatus eam recusavit subditosque hoc onere
liberavit. — 3148. Tefrid fi el-forú', expositio singulas partes persequens de
partibus juris specialibus, auctore Sultan *Mahmúd Ben Sebektekin Ghaznewi* Hanefita,
et postea Shafiita, anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuo. *Imám Mes'úd Ben Sheiba*:
Sultan laudatus, inquit, ex praestantissimis fuit jurisconsultis, et hic ejus liber in
Ghaznewidarum urbibus admodum inclaruit, cum optime scriptus esset et magnum
quaestionum numerum tractaret. Fortasse enim circiter sexaginta millia quaestionum
continet. — Haec ille. — Opus *Tatárkhániyet* plura continet ex illo assumpta, et
cum Sultanus disciplinam Shafiticam sensui traditionum exteriori et naturali magis 10
convenire videret, doctoribus utriusque disciplinae convocatis, ut *Ibn Khallekán*

ذكره ابن خلكان ٣١٤٩ تفريد بصواب قواعد التوحيد للشيوخ ابي اسحق ابراهيم بن
 محمود الشاذلي ٣١٥٠ تفريد في مختصر التجريد ابي تجريد انقذوري سيف ذكره
 ٣١٥١ تفريع في الفروع لابن الجلاب المالكي مختصره المسمى بالسهل البديع لابراهيم بن الحسن
 [ابن علي بن عبد الرزيع الربع] المالكي قاضي تونس المتوفى سنة ٧٣٤

5 علم التفسير ٣١٥٢

وهو علم باحث عن معنى نظم القرآن بحسب الطائفة البشرية وبحسب ما يقتضيه القواعد
 العربية ومبادئ العلوم العربية واصل الكلام واصل الفقه والجدل وغير ذلك من العلوم للجنة
 والغرض منه معرفة معاني النظم وفائدته حصول القدرة على استنباط الاحكام الشرعية على وجه
 الصحة وموضوعه كلام الله الذي هو منبع كل حكمة ومعنى كل فضيلة ورايته التوصل الى فهم
 معاني القرآن واستنباط حكمه ليفاز به الى السعادة الدنيوية والاخرية وشرف العلم وجلالته 10

testatur, se Shafiitam fecit. — 3149. Tefríd bi dhewábit cawáid el-tauhíd, liber, quo praecepta accurate et per singulas partes exponuntur, quibus fundamenta doctrinae de uno Deo nituntur, auctore Sheikh *Abu Is'haç Ibrahim Ben Mahmúd Shádzili*. — 3150. Tefríd fi mukhteser El-Tejríd, tractatio singularis. Epitome operis *Tejrid* a *Coduri* compositi, ejus antea mentio facta est. — 3151. Tefríd' fi el-forú', expositio in ramos diffusa, auctore *Ibn-eljelláb Málíkita*. Epitomen ejus, *El-Sahl El-Bedí'* inscriptam, *Ibrahim Ben-elhasan [Ben Ali Ben Abd-elrefi' Rabai]*, judex Tuneti Malikiticus anno 734 (inc. 12. Sept. 1333) mortuus, edidit. —

5 3152. Ilm el-tesfír. Doctrina interpretationis coranicae.

Haec est ea doctrina, in qua de sensu contextae orationis Corani quaeritur, quoad hoc pro vi humana et iis, quae regulae linguae arabicae primariae postulant, fieri potest. Initia ejus e doctrinis linguae arabicae, principiis metaphysicae et jurisprudentiae, topica aliisque e toto doctrinarum orbe petuntur. Consilium ejus in cognitione sententiarum orationis contextae cernitur et fructus inde perceptus in comparanda facultate decreta legalia justa via eliciendi. Objectum ejus est verbum divinum, omnis sapientiae fons et cujusvis virtutis fodina, et summus ejus finis in perveniendo 10 ponitur ad sententias Corani intelligendas ejusque statuta secreta elicienda, ut inde felicitas hujus alteriusque vitae comparetur. Nobilitas autem dignitasque doctrinae e

باعتبار شرف موضوعه وغايته فهو اشرف العلوم واعظمها هذا ما ذكره ابو الخير وابن صدر الدين وذكر العلامة الفنارى في تفسير الفاتحة فضلاً مفيداً من تعريف هذا العلم ولا بأس بايراده ان هو مشتمل على لطائف التعريف قال مولانا قطب الدين الرازى في شرحه للكشاف هو ما يبحث فيه عن مراد الله من قرآنه الحُجيد ويردّ عليه أنّ البحث فيه ربّما كان عن 5 احوال الالفاظ كمباحث القرآت وناسخية الالفاظ ومنسوخيتها واسباب نزولها وترتيب نزولها الى غير ذلك فلا يجمعها حده وايضا يدخل فيه البحث في الفقه الاكبر والاصغر عمّا يشتمل بالكتاب فانه يبحث عن مراد الله تعالى من قرآنه فلا يمنع حده فكان الشارح التفتازانى اتّما عدل عنه لذلك الى قوله هو العلم الباحث عن احوال الفاظ كلام الله تعالى من حيث الدلالة على مراد الله تعالى ويردّ على مختاره ايضا وجوه الاول أنّ البحث المتعلق بالفاظ 10 القرآن ربّما لا يكون بحيث يؤثر في المعنى المراد بالدلالة والبيان كمباحث علم القرآنة عن امثال انتفخيم والامالة الى ما لا يحصى فانّ علم القرآنة جزء من علم التفسير ائرز عنه يُزيد

nobilitate objecti et consilii dijudicanda est, at vero illa omnium doctrinarum nobilissima est et gravissima. Haec quidem *Abu'l-kheir* et *Ibn Sadr-ed-din* monuerunt, et doctissimus *Fenâri* in annotatione ad Suratam primam sectionem habet doctam et utilem de hujus doctrinae definitione; attamen haud ex re esset eam hic afferre, cum definitionis subtilitates contineat. Molla noster *Cotb-ed-din Râzi* in commentario ad *El-Keshshâf*: Hic, inquit, de eo quaeritur, quod sibi Deus in suo glorioso Corano voluerit. Ei tamen objicitur, quaestionem ibi interdum in verborum affectionibus versari, ut in quaestionibus de lectionibus et de natura verborum, quatenus sint 5 abrogantia et abrogata, in caussis eorum revelationis et ordine, quo revelata sunt, quas res minime ejus definitio complectitur. Deinde etiam huc disquisitio pertinet in jurisprudentia majore et minore de iis, quae in libro divino sancita sunt; nam haec quoque quaestio est de iis, quae Deus sibi in Corano voluerit, neque definitio illa hoc excludit. Hanc ob caussam *Teflâzânî* interpres missa hac definitione illam amplexus est, qua eam doctrinam esse dicit, quae de affectionibus verborum orationis divinae quaerat, quatenus iis indicantur, quae Deus sibi voluerit. Attamen huic quoque definitioni ab eo probatae varia opponi possunt. *Primum* enim disquisitio, quae verba Corani spectat, interdum ea non est, ut vim in sensum exerceat, qui modo 10 enunciationis et elocutionis intenditur, ut quaestiones, quas critica coranica de rebus instituit, quales sunt pronuntiatio emphatica et inflexa, hujusque generis aliae innumerabiles. Critica coranica enim pars est exegesis coranicae, quae ob majorem

الاعتناء افرز الكحالة من الطبّ والفرائض من الفقه وقد خرج بقيد الحيثية ولم يجمعه فان قيل اراد تعريفه بعد افرز علم القرأة قلنا فلا يناسب الشرح المشروح للبحث في التفسير عما لا يتغير به المعنى في مواضع لا يحصى الثاني ان المراد بالمراد ان كان بمطلق الكلام فقد دخل العلوم الادبية وان كان مراد الله تعالى بكلامه فان اريد مراده في نفس الامر فلا يفيد به بحث التفسير لان طريقه غالباً اما رواية الآحاد او الدراية بطريق العربية وكلاهما 5
 ظني كما عرف ولان نيم كل احد بقدر استعداده ولذلك اوصى المشايخ في الايمان ان يقال آمنت بالله وبما جاء من عند الله على مراده وآمنت برسول الله وبما قاله على مراده ولا يعين بما ذكره اصل التفسير ويكرر ذلك علم الهدى في تأويلاته وان اريد مراده تعالى في زعم المفسر ففيه حذارة من وجوب الاول كون علم التفسير بالنسبة الى كل مفسر بل الى

gravitatem ab hac separatur et separatim tractatur, ut ars oculos stibio illinendi et curandi a medicina et jus hereditarium a juris prudentia. Haec autem doctrina specialis non amplius vinculo modalitatis cum disciplina primaria conjuncta est, neque haec illam diutius comprehendit. Quodsi ille dicitur eam definire voluisse critica coranica segregata, expositionem contra dicimus non amplius rei expositae respondere, cum in exegesi coranica de iis quaeratur, quibus sensus in locis innumerabilibus non mutatur. *Deinde* si id, quod verbis „quae Deus sibi voluerit“ exprimitur, oratione in universum indicatum esse volumus, integram certe disciplinarum philologicarum partem constituit. Sin autem id, quod Deus exprimere vult, in oratione consistit, duae res 5 fieri possunt. Sive enim id intenditur, quod per se exprimere voluit; id autem disquisitio exegetica docere non potest. Ejus ratio enim plerumque aut postulat, ut singulorum effata commemorentur, vel ut secundum solas linguae arabicae regulas judicetur, quod utrumque, ut notum est, a sola opinione proficiscitur, aut intelligentia uniuscujusque e modo capacitatis in animo pendet, eamque ob causam doctores veteres hanc fidei formulam sanxerunt: „Profiteor Deum et ea, quae a Deo auctore voluntati ipsius convenienter repetuntur, et profiteor legatum Dei et ea, quae hic ex Dei voluntate effatus est,“ quod minime iis, quae interpretes statuerunt, accuratius definitur, et idem doctrina viae mysticae variis formis in suis definitionibus allegoricis repetit — sive id verbis „quod Deus sibi voluerit“ exprimi statuitur, quod Deus ex opinione interpretum vult; inde autem sollicitudo paritur a duplici parte. Partim enim doctrina interpretationis coranicae ratione habita cujusvis interpretis vel adeo cujusvis

كلّ احد شيئاً آخر وهذا مثل ما اعترض على حدّ الفقه لصاحب التنقيح وظنّ وروده والآ
 فاني اجيب عنه بأنّ انتعّد ليس في حقيقةً مُنوعيّة بل في جزئياتها المختلفة باختلاف
 القوالب وايضا ذكر الشيخ صدر الدين القونوي في تفسير مالك يوم الدين أنّ جميع المعاني
 المفسّر بينا لفظ القرآن رواية او دراية صحيحتين مراد الله لكنّ بحسب المراتب فانقوابل لا في
 5 حَقّ كلّ احد اثنان أنّ الازمان تنساق بمعاني الالفاظ الى ما في نفس الامر على ما عرف
 فلا بدّ لصرفها عنه من ان يقال من حيث الدلالة على ما يشنّ أنّه مراد الله تعالى الثالث
 أنّ عبارة العلم الباحث في المتعارف تنصرف الى الاصول والقواعد او ملكتها وليس لعلم
 التفسير قواعد يتفرّع عليها الجزئيات ألا في مواضع نادرة فلا يتناول غير تلك المواضع ألا
 بالعناية فالاولى ان يقال علم التفسير معرفة احوال كلام الله تعالى من حيث انقراية ومن حيث
 10 دلالتة على ما يعلم او يشنّ أنّه مراد الله تعالى بقدر الطاقة الانسانية فيذا يتناول اقسام

lectoris res alia est; quod simile quid est ei, quod contra definitionem jurisprudentiae
 ab auctore libri *Tenckih* datam dicitur et contra opinionem, hanc definitionem quasi
 inspiratam esse. Quodsi ea inspirata non habetur, ego eam ita refuto, ut dicam,
 divisionem definitionum ejus multiplicem in ejus natura specifica non latere, sed in
 ejus elementis particularibus, quae pro diversitate capacitatum diversa sunt. Item
 Sheikh *Sadr-ed-din Cunevi*, ubi verba primae Suratae „regi diei iudicii“ explicat,
 omnes sententias dicit, quae verbis coranicis subjiciuntur vel ex traditione vel ex
 proprio iudicio, re vera et juste voluntatem Dei continere, attamen quod diversos
 gradus ideoque capacitates attineat, has non in uniuscujusque potestate esse — partim 5
 mentes significationibus verborum ad id trahuntur, quod secundum notam verborum
 significationem in re ipsa latet, ita ut ad eas ab illo vero sensu deflectendas necesse
 esset, ut opinionem amplecteremur discrepantem ratione modi habita, quo verba id
 significare possent, quod verum sensum verborum a Deo profectum credimus. —
Denique dictio doctrinae, quae de usu linguae communi quaerit, ad leges summas et
 praecepta primaria sive ad firmam et plenam eorum cognitionem spectat; at exegesi
 coranae nulla praecepta primaria sunt, e quibus particularia iudicari possint, nisi
 in locis perpauca, ita ut his locis exceptis, cetera non nisi consilio complectatur.
 Optimum igitur est dicere: Doctrina interpretationis coranae cognitio est affectionum
 orationis divinae, quatenus Coranum spectat. Ratione autem habita facultatis pro 10
 vi humana sensum probandi, quem scimus aut opinamur ex voluntate Dei profectum

البيان بأسرها انتهى كلام الفنارى بنوع تلخيص ثم اورد فصولاً في تقسيم هذا الخد الى تفسير وتأويل وبيان الحاجة اليه وجواز الخوض فيهما ومعرفة وجوههما المسماة بطوناً او ظهراً او بطناً وحداً فمن اراد الاطلاع على حقائق علم التفسير فعليه بمضالغته ولا يبتوء مثل خبير ثم ان المولى ابا الخير اطال في طبقات المفسرين ونحن اشرنا الى من ليس ليم تصنيف فيه من مفسرى الصحابة والتابعين اشارة اجمالية والباقي مذكور عند ذكر كتابه اما المفسرون 5 من الصحابة فمنهم الخلفاء الاربعة وابن مسعود وابن عباس وابى بن كعب وزيد بن ثابت وابو موسى الاشعري وعبد الله بن الزبير وانس بن مالك وابو هريرة وجابر وعبد الله بن عمرو بن العاص ثم اعلم ان الخلفاء الاربعة اكثر من روى عنه على بن ابي طالب والرواية عن الثلاثة في ندرة جدا والسبب فيه تقدم وفاتيم واما على رضى الله عنه فروى عنه الكثير روى عن ابن مسعود انه قال ان القرآن انزل على سبعة احرف ما منيا حرف الا وله شبر وبطن وان 10

esse, hoc studium totas complectitur doctrinae expositionis partes. — Hactenus *Fenari*,
cujus verba certo modo summatim hic dedimus. Deinde sectiones profert de hujus
definitionis divisione in interpretationem propriam et allegoricam, de necessitatis earum
expositione, de libertate in utramque penitus intrandi et de cognitione variorum earum
generum, quae interius et exterius appellant sive interius tantummodo. Qui autem
doctrinam interpretationis coranicae accuratius et subtilius perspicere cupit, *Fenari*
ipsum legat, nec quisquam rem melius cognoscit, nisi qui eam ipsam expertam
5 habet. — Molla *Abu'lkeir* vero longus est in describendis interpretum Corani
classibus, et nos hic interpretes inter socios prophetae et eos, qui hos secuti sunt,
breviter indicamus, qui nullum librum de hac scientia ediderunt, ceteri autem ibi
nominabuntur, ubi eorum opera recensebimus.

In interpretibus, qui socii prophetae erant, quatuor Khalifae priores numerantur,
Ibn Mes'ud, *Ibn Abbás*, *Obayy Ben Ka'b*, *Zeid Ben Thábit*, *Abu Musa Ash'ari*,
Abdallah Ben-el-zobeir, *Anas Ben Málík*, *Abu Horeira*, *Jálir*, *Abdallah Ben Amru*
Ben-elás. Tum scias, *Ali Ben Abi Talib* inter quatuor Khalifas eum esse, quem
maximus numerus traditionum auctorem habeat; trium ceterorum autem Khalifarum
testimonio traditionarii rarissime utuntur, cum praematura morte interirent, *Alium*
10 autem saepissime in afferendis traditionibus testem nominant, et *Ibn Mes'ud* dixisse
traditur: Coranus in septem particulis revelatus est, quae singulae sensum exteriorem

عليًا رضى الله عنه عنده من الظاهر والباطن وأما ابن مسعود رضى الله عنه فروى عنه أكثر مما روى عن علي رضى الله عنه مات بالمدينة سنة اثنين وثلاثين وأما ابن عباس رضى الله عنه المتوفى سنة ثمان وستين بالطائف فهو ترجمان القرآن وحبر الأمة ورئيس المفسرين دعا له النبي صلعم فقال اللهم فقهه في الدين وعلمه التأويل وقد ورد عنه في التفسير ما لا يحصى كثرة لكن احسن الطرق عنه طريقة علي بن ابي طلحة الباشمي [المتوفى سنة 143] واعتمد على هذه البخارى في صحيحه ومن جيد الطرق عنه طريق قيس بن مسلم الكوفى المتوفى سنة 111 عن عطاء بن السائب وطريق ابن اسحق صاحب السير وأوصى طريقته طريق الكلبى عن ابي صالح والكلبى هو ابو النصر محمد بن السائب المتوفى بالكوفة سنة 141 فان انضم اليه رواية محمد بن مروان السدى الصغير [المتوفى سنة 181] فبى سلسلة الكذب وكذلك طريق مقاتل بن سليمان بن بشر الازدى المتوفى سنة 101 إلا ان الكلبى يفضل عليه لما فى مقاتل من المذاهب الردية وطريق الضحاک بن مزاحم الكوفى المتوفى سنة 112 عن ابن عباس

et interiore admittunt, apud *Ali* autem exterior ille et interior sensus reperitur. Deinde ex *Ibn Mes'ûdi* auctoritate, qui anno 32 (inc. 12. Aug. 652) Medinae decessit, plura etiam traduntur, quam *Ali*. *Ibn Abbâs* vero, qui in urbe *Tâif* anno 68 (inc. 18. Jul. 687) defunctus est, interpres est Corani, doctor populi et princeps explanatorum, pro quo propheta his verbis precatus est: „O Deus, fac eum juris canonici peritum eumque interpretationem doce,“ et in interpretatione coranica tot res ad ejus auctoritatem referuntur, ut vix numerari possint. Probatissima tamen via, qua illae traditae sunt, est ea, quae *Ali Ben Abi Telha Hâshimî*, [anno 143 (inc. 22. Apr. 5 760) mortuum], auctorem habet, quam ipsam *Bokhârî* in suo *Sahih* tenet. Deinde *Hâshimî* vestigia optime insequuntur *Cais Ben Moslim Cûfi*, anno 120 (inc. 29. Dec. 737) defunctus, qui *Atâ Ben-elsâib* praeceptorem habuit, et *Ibn Is'hac* libri *Siyer* auctor. At *Abu'lnasr Mohammed Ben-elsâib*, vulgo *Kelebi* dictus et Kufae anno 146 (inc. 21. Mart. 763) mortuus, qui sua ab *Abu Sâlih* acceperat, *Ibn Abbâsi* traditiones ratione omnium levissima propagavit, et si iis, quae tradidit, ea adjunguntur, quae *Mohammed Ben Merwân Sedi Minor*, [anno 189 (inc. 8. Dec. 804) mortuus], retulit, seriem habes mendaciorum. Idem cadit in *Mocâtîl Ben Soleimân Ben Bishr Azdi*, 10 anno 150 (inc. 6. Febr. 767) mortuum, nisi quod *Kelebi* huic praeferendus est, cum *Mocâtîl* disciplinas perniciosas sequatur. — Via autem, qua *Dhehhâk Ben Mozâl'im Kufi*, anno 102 (inc. 12. Jul. 720) mortuus, ex auctoritate *Ibn Abbâsi* tradidit, abrupta

منقطعة فإن الضحاك لم يلقه وان انضم الى ذلك رواية بشر بن عماره فضعيفة ضعف بشر وقد اخرج عنه ابن جرير وابن ابي حاتم وان كان من رواية جرير عن الضحاك فاشد ضعفاً لان جريراً شديد الضعف متروك وانما اخرج منه ابن مردويه وابو الشيخ بن حبان دون ابن جرير وانما ابن بن كعب المتوفى سنة عشرين على خلاف فيه فعنه نسخة كبيرة يرويها ابو جعفر الرازي من الربيع ابن انس من ابي العالبي عنه وهذا اسناد صحيح وهو احد الاربعة 5 الذين جمعوا القرآن على عهد رسول الله صلعم وكان اقرأ الصحابة [وسيد القرأ] ومن الصحابة من ورد عنه اليسير من التفسير غير هؤلاء منهم انس ابن مالك بن النصر المتوفى بالبصرة سنة احدى وتسعين وابو هريرة عبد الرحمن بن الصخر على خلاف المتوفى بالمدينة سنة ٥٧ وعبد الله بن عمر بن الخطاب المتوفى بمكة سنة ٧٣ وجابر بن عبد الله الانصاري المتوفى بالمدينة سنة ٧٤ وابو موسى عبد الله بن قيس الاشعري المتوفى سنة ٩٤ وعبد الله بن عمرو بن العاص السهمي المتوفى سنة ٩٣ وهو احد العبادلة الذين استقر عليهم امر العلم 10

est; *Dhehhák* enim eum non vidit; et si huc traditio *Bishri Ben Omáret* accedit, haec eadem fide dubia laborat, qua *Bishri. Ibn Jerir* autem et *Ibn Abi Hátim* plura ex ejus testimonio elicuerunt, et si quid ex traditione *Jeriri* traditur, quod *Dhehhák* auctorem habet, infidelitate maxima illud laborat, *Jerir* enim omni fere fide caret, ita ut plane derelinquatur, et excepto *Ibn Jerir* non nisi *Ibn Merdaweih* et *Abu'lshetkh Ben Hayyán* ejus traditiones elicuerunt. Quod autem *Obayy Ben Ka'b* attinet, qui, quanquam de ea re disceptatio est, anno 20 (inc. 21. Dec. 640) obiit, magnam ejus 5 recensionem habemus, quam *Abu Ja'far Rázi* ex auctoritate *Rebú Ibn Anas*, et hic ex auctoritate *Abu'lúliyae* tradidit, qui eam ab *Obayy* ipso accepit. Haec auctoritas vera est fidemque meretur, et *Obayy* unus eorum quatuor est, qui propheta adhuc vivo Coranum collegerunt. Idem lectionis coranicae omnium peritissimus fuit [et lectorum princeps]. Praeter hos prophetae socios nominantur alii, ex quorum testimonio pauca tantum sunt tradita, quae ad explicationem Corani conferunt, ut *Anas Ibn Málík Ben-elnasr*, Basrae anno 91 (inc. 9. Nov. 709) mortuus — *Abu Horeira Abd-elrahman Ben-elsakhr*, ita tamen ut de eo dubitetur. Is obiit Medinae anno 57 (inc. 14. Nov. 676) — *Abdallah Ben Omar Ben-elkhattáb*, Mekkae anno 73 (inc. 10 23. Mai. 692) mortuus — *Jábir Ben Abdallah Ansári*, Medinae anno 74 (inc. 13. Mai. 693) mortuus — *Abu Musa Abdallah Ben Cais Ash'ari*, anno 44 (inc. 4. Apr. 664) mortuus — *Abdallah Ben Amru Ben-elás Sahmi*, anno 63 (inc. 10. Sept. 682) mortuus, qui unus est *Abádile* i. e. *Abdallae* appellatorum, in quibus ultimo

في آخر عهد الصحابة وزيد بن ثابت الانصاري كاتب النبي صلعم المتوفى سنة ٤٥ وأما
المفسرون من التابعين فمنهم اصحاب ابن عباس وهم علماء مكة ومنهم مجاهد بن جبير المكي
المتوفى سنة ١٠٣ قال عرضت القرآن على ابن عباس ثلاثين مرة واعتمد على تفسيره الشافعي
والبخاري وسعيد بن جبير المتوفى سنة ١٥ وعكرمة مولى ابن عباس المتوفى بمكة سنة ١٤
5 وضاروس بن كيسان [اليماقي] المتوفى بمكة سنة ١٠٦ وعطاء بن ابي رباح [المكي] المتوفى سنة ١١٤
ومنهم اصحاب ابن مسعود وهم علماء الكوفة كعلقمة بن قيس المتوفى سنة ١٤ والاسود بن
يزيد المتوفى سنة ١٥ وابراهيم النخعي المتوفى سنة ١٥ والشعبي المتوفى سنة ١٠٤ ومنهم اصحاب
زيد بن اسلم كعبد الرحمن بن زيد ومالك بن انس ومنهم الحسن البصري المتوفى سنة ١١٠
وعطاء بن ابي مسلم ميسرة الخراساني ومحمد بن كعب القرظي المتوفى سنة ١١٧ وابو العالية ربيع
10 ابن ميران الرباحي المتوفى سنة ١٠٠ والضحاك بن مزاحم وعطية بن سعيد العوفي المتوفى سنة ١١١
وقنادة بن دعامة السدوسي المتوفى سنة ١١٧ والربيع بن انس والسدي ثم بعد هذه الطبقة

sociorum tempore res literaria sedem stabilem habuit — et *Zeid Ben Thabit Ansari*,
prophetae scriba anno 45 (inc. 24. Mart. 665) mortuus. Ex interpretibus Corani iis,
qui socios prophetae secuti sunt, discipuli *Ibn Abbasi* fuerunt, qui sedem doctrinae
Mekkae collocarunt, ut *Mojahid Ben Jobeir Mekki*, anno 103 (inc. 1. Jul. 721)
mortuus, qui Coranum coram *Ibn Abbaso* se tricies perlustrasse narrat; et *Shafi* et
Bokhari ejus interpretationi prae ceteris pretium statuerunt — *Said Ben Jobeir*,
anno 95 (inc. 26. Sept. 713) mortuus — *Akrama, Ibn Abbasi* libertus Mekkae
anno 106 (inc. 29. Mai. 724) mortuus — *Tawos Ben Keisan [Yemani]*, Mekkae 5
anno 106 (inc. 29. Mai. 724) mortuus — *Ata Ben Abi Riyah [Mekkanus]* anno 114
(inc. 3. Mart. 732) mortuus — deinde discipuli *Ibn Mes'udi*, qui Kufam eruditionis
domicilium fecerunt, ut *Alcama Ben Cais*, qui anno 102 (inc. 12. Jul. 720) obiit —
Aswad Ben Yezid, anno 75 (inc. 2. Mai. 694) mortuus — *Ibrahim Nakh'i*, anno 95
(inc. 26. Sept. 713) mortuus — *Sha'bi*, anno 104 (inc. 21. Jun. 722) mortuus — porro
discipuli *Zeidi Ben Aslam*, ut *Abd-el-rahman Ben Zeid* — *Malik Ben Anas*, et
alii, ut *Hasan Basri*, anno 110 (inc. 16. Apr. 728) mortuus — *Ata Ben Abi Moslim*
Moyassera Khorasani — *Mohammed Ben Ka'b Carazi*, anno 117 (inc. 31. Jan. 735)
mortuus — *Abu'laliya Refi' Ben Mehran Rebahi*, anno 90 (inc. 20. Nov. 708) 10
mortuus — *Dhehhak Ben Mozahim* — *Otayya Ben Said Axfi*, anno 111 (inc. 5. Apr.
729) mortuus — *Catuda Ben Diama Sedusi*, anno 117 (inc. 31. Jan. 735) mortuus —
Rebi' Ben Anas et *Sedi*. — Hanc classem ii excipiunt, qui libros exegeticos Corani

الذين صنّفوا كتب التفسير التي تجمع اقوال الصحابة والتابعين كسفيان بن عيينة ووكيع
ابن الجراح وشعبة بن الحجاج وبزيد بن عارون وعبد الرزاق وادم بن ابي اياس واسحق بن
راعيه وروح بن عباد وعبد بن حميد وابي بكر بن ابي شيبة وآخرين وسيأتي ذكر
كتبهم ثم بعد هؤلاء طبقة اخرى منيم عبد الرزاق وعلي بن ابي طلحة وابن جرير وابن
ابن حاتم وابن ماجه والحاكم وابن مردويه وابو الشيخ بن حبان وابن المنذر في آخرين ثم 5
انتصبت طبقة بعدهم الى تصنيف تفسير مشحونة بالفوائد محدوفة الاسانيد مثل ابي اسحق
الرجاج وابي علي الفارسي واما ابو بكر النقاش وابو جعفر النخاش فكثيراً ما استدرك الناس
عليهما ومثل مكي بن ابي طالب وابي العباس المهدوي ثم ألف في التفسير سائفة من المتأخرين
فاختصروا الاسانيد ونقلوا الاقوال تبرأ فدخل من هنا الدخيل والتبس الصحيح بالعليل ثم
صار كل من سنج له قول يورده ومن خطر بهاله شيء يعتنقه ثم ينقل ذلك خلف عن السلف 10
ضالاً ان له اصلاً غير ملتفت الى تحوير ما ورد عن السلف الصالح ومنهم القدوة في هذا

composuerunt, effata sociorum eorumque, qui hos secuti sunt, continentes, ut *Sofyán Ben Oyeina* — *Wehí Ben-eljerráh* — *Sho'ba Ben-elhejjáj* — *Yezid Ben Harún* — *Abd-el-rezzác* — *Adam Ben Abi Iyás* — *Is'hac Ben Rahweih* — *Rúh Ben Obáda* — *Abd Ben Homeid* — *Abu Bekr Ben Abi Sheiba*, aliique, quorum opera deinceps recensebuntur. Ilos alia classis sequitur, ex qua sunt *Abd-el-rezzác* — *Ali Ben Abi Telha* — *Ibn Jerír* — *Ibn Abi Hátim* — *Ibn Májeh* — *Hákim* — *Ibn Merdaweih* — *Abu'l'sheikh Ben Hayyán* — *Ibn Mondzir* et qui sunt alii. — Tum classis post illos se erexit ad commentarios Corani componendos, utilium quidem 5 explanationum plenos at auctoritatibus privatos, ad quam pertinent *Abu Is'hac Zejjáj* — *Abu Ali Fárisi*. *Abu Bekr Naccáshí* vero et *Abu Ja'far Nahhási* libros in multis locis viri docti emendarunt et suppleverunt — porro *Mekki Ben Abi Tálib* et *Abu'labbás Mehdewi*. — Deinde plures posteriorum commentarios Corani ita scripserunt, ut auctoritates in brevem summam colligerent et dicta traderent, fidem suam minime interponentes. Inde vitiositas obrepsit, sanumque insano deformatum est. 10 Postea quisvis, qui forte in tale dictum incidit, illud tanquam verum retulit, et cujus mentem res subiit, hic eam probatam habuit. Haec posteriores ex testimonio priorum tradiderunt fundamentum iis esse opinantes, nihil autem recognitionem eorum curantes, quae a probis et justis majoribus tradita erant, et hi facti sunt exempla in hoc genere

الباب قال السيوطي رأيت في تفسير قوله تعالى غير المغضوب عليهم ولا الضالين نحو عشرة اقوال مع أنّ الوارد عن النبي صلعم وجميع الصحابة والتابعين ليس غير اليهود والنصارى حتى قال ابن ابي حاتم لا اعلم من ذلك اختلافاً من المفسرين ثم صنف بعد ذلك قوم برعوا في شيء من العلوم وملأ كتابه بما غلب على طبعه من الفن واقتصر فيه على ما تميّز 5 هو فيه كأنّ القرآن انزل لاجل هذا العلم لا غير مع أنّ فيه تبليان كل شيء فالنحوي تراه ليس له عمّ ألا الاعراب وتكثير الالوجه المحتملة فيه وان كنت بعيدة وينقل قواعد النحو ومسائله وفروعه وخلافاً كالترجاج والنواحدى في البسيط وابو حبان في البحر والنير والاختبارى ليس له شغل ألا القصص واستيفائها والاختبار عمّن سلف سواء كان صحيحة او باطلة ومنهم الثعلبي والفقير يكاد يسرد فيه الفقه جميعاً وربما استنورد الى اتمام ادلة الفروع الفقهية التي 10 تعلق لها بالآية اصلاً وللجواب عن ادلة المخالفين كالقرطبي وصاحب العلوم العقلية خصوصاً الامام فخر الدين قد ملأ تفسيره باقوال الحكماء والفلاسفة وخرج من شيء الى شيء حتى

ad imitandum proposita. *Soyûti*: Vidi, inquit, verba „Non actum iracunde contra eos, et non errantium“ fere duodecim variis modis explicita, licet a propheta, omnibusque sociis et iis, qui hos secuti sunt, traditum sit, non nisi Judaeos et Christianos intelligendos esse, ita ut *Ibn Abi Hâtim* diceret: Nullam novi de hac re discrepantiam inter interpretes. Tum post hoc tempus plures scripserunt, qui in nonnullis disciplinis excelluerunt et libros iis doctrinis impleverunt, quae mentem prae ceteris occupaverant, in iisque acquieverunt, quae optime cognoverant, quasi Coranus ob hanc illamve doctrinam solam revelatus esset, licet hic omnium rerum expositionem contineat. Ita 5 vides grammaticum nihil aliud curare nisi flexiones verborum finales, et rationes interpretandi tantum multiplicare, quantum fieri possit, quamvis a veritate longissime absint. Jam praecepta grammaticae primaria affert et quaestiones ejus, et partes speciales, et locos de quibus disceptatur, ut *Zejjâj*, *Wâhidi* in opere *Besit*, *Abu Hayyân* in *El-Bahr we El-Nahr*. Historiarum scriptor, ut *Tha'lebi*, nulla alia re occupatus est, nisi narratiunculis ad nauseam verbose exponendis et historiis ex majorum auctoritate sive verae sint, sive falsae, afferendis. Jurisconsultus ex ordine hic jus totum exponit, et saepe praeter necessitatem ad argumenta partium juris specialium stabilienda rapitur, quorum caussa et ut ad argumenta dissentientium 10 responderet, se proprie ad versum applicat, ut *Cortubi*. Doctrinarum rationalium peritus, praecipue Imam *Fakhr-ed-dîn*, suam interpretationem dictis sapientiae studiosorum et philosophorum farsit, et ab una re ad alteram transit, ut lector summa

يقضى الناظر المحجب [قال أبو حيان] في البحر جمع الامام الرازي في تفسيره اشياء كثيرة
 طويلة لا حاجة بيا في علم التفسير ولذلك قال بعض العلماء فيه كل شيء الا التفسير
 والمبتدع ليس له قصد الا تحريف الآيات وتسويتها على مذهبه الفاسد بحيث انه [لو]
 لاح له شاردة من بعيد اقتنصها او وجد موضعا له فيه ادنى مجال سارع اليه كما نقل عن
 البلقيني انه قال استخرجت من الكشاف اعتزلاً بالمناقش منيا انه قال في قوله تعالى فمن 5
 زحزح عن النار وادخل الجنة فقد فاز اي فوز عظيم من دخول الجنة اشارة الى عدم الروية
 والمحدد فلا تسأل عن كفره والحادة في آيات الله واقتراؤه على الله ما لم يقله كقول بعضهم
 ان في الا فتنتك ما على العباد اتن من ربيم وينسب هذا القول الى صاحب قوت انقلب
 اي طالب المكى ومن ذلك القبيل الذين يتكلمون في القرآن بلا سند ولا نقل عن السلف
 ولا رعاية الاصول الشرعية والقواعد العربية كتفسير محمود بن حمزة الكرماني في 10

admiratione afficiatur. [Abu Hayyān] in opere *Bahr: Imām Rāzi*, inquit, in suo
 commentario multas res longas collegit, quibus minime in commentario Corani opus
 est, eandemque ob causam vir quidam doctus: In hoc libro, inquit, omnia reperiuntur
 praeter explicationem Corani. Deinde rerum novarum studiosus nihil aliud spectat
 nisi versuum corruptionem et accommodationem ad doctrinam suam perniciosam, ut,
 si ferum e longinquo appareat, id venetur, aut si locum doctrinae convenientem
 inveniatur, qui campum angustissimum ad excurrendum praebet, ad illum advolet,
 5 quemadmodum *Bolckeini* dixisse traditur: E libro *Keshshāf* elicini, ut imaginibus
 interioribus ad Motazelitarum doctrinam me verterem. Hinc exempli causa verbis
 coranicis „Et qui elongatus fuerit procul ab igne et introductus fuerit in Paradisum,
 jam porro erit beatus“, et qualem et quantam beatitudinem ex introitu in Paradisum
 capiet! Deum videri posse negari vult. Quod jam Dei contemptorem attinet, noli de
 ejus impietate et atheismo in versibus Corani explicandis deque ejus mendaciis quaerere,
 quibus Deo dicta imputat, quae minime a Deo profecta sunt, ut aliquis verborum „Si haec
 est, nisi probatio tua“ explicationi haec adjecit: Nemo cultores suos magis in discrimen
 adducit quam Deus; quod dictum *Abu Talibo Mekki*, auctori libri *Caut el-colūb*, tribuitur.
 Ejusdem generis sunt ii, qui sine ulla auctoritate et traditione a majoribus accepta, et ita,
 10 ut nullam habeant rationem principiorum legalium et legum linguae arabicae primariarum,
 de Corano verba faciunt. Talis est commentarius *Mahmūdi Ben Hamza Kermāni*

مجلدين سماه العجائب والغرائب ضمنه اقوالاً هي عجائب عند العوام وغرائب عما عند عن
السلف بل هي اقوال منكرة لا يحل الاعتقاد عليها ولا ذكرها الا للتحذير من ذلك قوله
تعالى من قال في ربنا ولا تحملنا ما لا طاقة لنا به انه للحب والعشق ومن ذلك قولهم في
ومن شر غاسق اذا وقب انه الذكر انا قام وقولهم في من ذا الذي يشفع عنده معناه من
5 ذل اي من انذل وذى اشارة الى النفس ويشف من الشقاء جواب من وع امر من انوى
وسئل البلقيني عن فسر بهذا فانى بانه ملحد واما كلام الصوفيّة في القرآن فليس بتفسير
قال ابن الصلاح في فتاواه وجدت عن الامام الواحدى انه قال صنّف السلمى حقائق التفسير
ان كان قد اعتقد ان ذلك تفسير فقد كفر قال انفسى في عقائده انصوص تحمل على
ظواهرها والعدول عنها الى معان يدعيها احد الباطن الحاد وقال التفتازانى في شرحه سميت
10 الملاحظة باطنية لاتعابهم ان النصوص ليست على ظواهرها بل لينا معان باطنة وقال واما

duobus voluminibus comprehensus et *El-Ajâib ue El-Gharâib* inscriptus, cui ille
dicta inseruit, quae miracula sunt apud vulgus et longe distant ab iis, quae a majoribus
audivisse meminimus. Potius verba sunt impia, secundum quae fidem sibi formare
minime concessum est, nec ea commemorare licet nisi ad homines de ea re
commonendos. Huc pertinet illa viri cujusdam interpretatio, qua verba „Domine
noster, et ne facias nos portare, ad quod non est vis nobis“ amorem et cupiditatem
flagrantem significare vult, et alia, qua verba „(libera nos) a malo lunae, quando
latuerit“ ad penem referuntur, quando se erigit — vel illa, ubi in verbis „quis est
ille, qui intercedat apud eum“ *men dza alladzi* leguntur *men dzalla* i. e. *min el-dzill*, 5
et *dzi* demonstrativum ad hominem ipsum referendum, et *yashf* a *shefû* i. e.
curare, apodosis vocis *men* et *a* (in fine vocis *yashfa*) imperativus esse dicitur verbi *wâa*,
ut totum significet: Qui se humiliat, curabitur. Memoria hoc velim custodias. —
Bolckéini: Quinam is sit, qui ita interpretetur? interrogatus: Dei contemtor, respondit. —
Quod denique Theosophi de Corano statuunt et loquuntur, minime explicationes
sunt. *Ibn-elsalâh* in suis responsis juridicis: Legi, inquit, Imam *Wâhidi* dixisse,
Solemi annotationem in Coranum composuisse, quae in ejus subtilitates inquirat. Quodsi
persuasum habuerit, librum commentarium esse Corani, impietatis erit accusandus.
Nesefi in opere *Achid*: Verba textus, inquit, accipiuntur sensu exteriori, quem habent.
Ab hoc sensu declinare ad sententias, quas habere mystici gloriantur, impietas est.
Teftâzâni in commentario suo: Nominavi, inquit, Dei contemtores *Bâtiniye* sive 10
interiorem sensum amplectentes, quod verba textus non naturali et proprio sensu

يذهب اليه بعض المحققين من أن النصوص على شواعرها ومع ذلك فيها اشارات خافية الى
 دقائق تنكشف على ارباب السلوك يمكن التطبيق بينها وبين انطواع المرادة فهو من كمال
 العرفان ومحض الايمان وقال تاج الدين عطاء الله في لطائف ائمن اعلم ان تفسير هذه الطائفة
 لكلام الله تعالى وكلام رسوله بالمعاني الغريبة ليست احالة الضاعر عن ضاعره ولكن ضاعر الآيه
 مقيم منه ما جبلت الآيه له ودلت عليه في عرف اللسان وقرّ ائيام باطنه تفهم عن الآيه 5
 والحديث من فتح الله قلبه وقد جاء في الحديث لكل آيه طير وبتان فلا يصدتك عن تلقى
 هذه المعاني منهم ان يقول لك ذو جدل هذا احالة لكلام الله تعالى وكلام رسوله فليس ذلك
 باحالة وانما يكون احالة لو قال لا معنى للآيه الا هذا ولم لا يقولون ذلك بل يفسرون
 الظواهر على شواعرها مرادًا بها موضوعاتها انتبى قال صاحب مفتاح السعادة الايمان بالقرآن
 هو التصديق بأنه كلام الله تعالى قد انزل على رسوله محمد صلعم بواسطة جبريل عليه 10
 السلام وأنه دال على صفة ازليّة له تعالى وان ما دلّ هو عليه بطريق القواعد العربيّة ممّا هو

accipienda esse, sed ea sententias interiores et spirituales continere gloriantur. Deinde
 perguit: Quod nonnulli mystici statuunt, textus verbis sensus exteriores esse, et ea
 praeterea indicia occulta continere veritatum, quae viam mysticam ingredientibus se
 aperiant et cum proprio sensu conciliari possint, altioris et perfectae sapientiae est
 et antiquae fidei consentaneum. *Táj-ed-din Atá-allah* in *Letáif el-monen*: Scias,
 inquit, interpretationem, qua haec secta mystica verbis Dei et prophetae sententias
 5 raras et singulares attribuit, minime perversionem esse sensus proprii a propria
 sua natura, sed ex superficie versus cognosci, ad quod ille conditus sit et quod ex
 usu linguae exprimat. Inde sensus interiores oriri, qui ex versu et traditione eo
 percipiuntur, quod Deus cor mystici aperiat. In Sunna ipsa cuique versui sensum
 exteriorem et interiorem tribui, neve te per ullum avertere sinas ab harum sententiarum
 comprobatione, si tibi litigiosus dicat: Haec est perversio sermonis Dei et ejus legati.
 At haec minime est perversio. Perversio enim tantum esset, si quis diceret: Versus
 nullum alium sensum habet nisi hunc; quod illi minime dicunt, at potius exteriora
 exteriori eorum et naturali sensui convenienter explicant, ita ut hoc illorum objecta vere
 cognoscantur. Haec ille. — Auctor libri *Miftáh el-seúdet* ita habet: Fidem in Corano
 10 ponere est credere, illum Dei sermonem ministerio Gabrielis prophetae Mohammed
 esse revelatum, et Coranum qualitatem in Deo probare aeternam hoc vel illud
 communicandi, illudque, quod secundum regulas linguae arabicae ex iis exprimat,

مراد الله تعالى حق لا ريب فيه ثم تلك الدلالة على مراد الله تعالى بواسطة القوانين الادبئية الموافقة للقواعد الشرعية والاحاديث النبوية مراد الله تعالى ومن جملة ما علم من الشرائع ان مراد الله تعالى من القرآن لا ينحصر هذا القدر لما قد ثبت في الاحاديث ان لكل آية ظهراً وبطناً وذلك المراد الآخر لما لم يتطوع عليه كل احد بل من اعطى شيئاً وعلماً من لدنه⁵ تعالى يكون الصواب في حخته ان لا يرفع ظاهر المعاني المنفيمة عن الالفاظ بالقوانين العربية وان لا يخالف القواعد الشرعية ولا يبين اعجاز القرآن ولا يناقض النصوص الواقعة فيها فان وجد فيه هذه الشرائط فلا يطعن فيه والا فهو بمعزل عن القبول قال الرمخشري من حق تفسير القرآن ان يتعاهد بقاء النظم على حسنه والبلاغة على كمالها وما وقع به التحدى سليماً من القادح واما الذين تأتدت فطرتهم النقية بالمشاهدات الكشفية فيم القدوة في هذه المسالك ولا يمنعون اصلاً عن التوغل في ذلك ثم ذكر ما وجب على المفسر من الآداب وقال ثم

quae Deus velit, veritatem esse indubitatum. Deinde haec vis voluntatem Dei ope regularum philologicarum exprimendi, quae ad principia legalia et traditiones propheticas convenit, pariter ex voluntate Dei pendet. Ad summam statutorum divinorum, quorum cognitionem consecuti sumus, pertinet etiam hoc, quod id, quod Coranus exprimere vult, non his ipsis angustiis (quas regulae philologicae praescribunt) includitur, cum in traditionibus sancitum sit, quemvis versum sensum exteriorem et interiorem admittere. Quem sensum interiorem cum unusquisque non assequitur, sed is tantum, cui a Deo intelligentia data est et scientia, conditio veritatis ejus ea est, ut⁵ sententias proprias et simplices non tollat, quae ex verbis ope legum linguae arabicae cognoscuntur, ut statutis legalibus non repugnet, ut excellentiam miram dictionis coranicae non exstinguat, ut clara textus verba, quae versus continet, non pervertat. Quodsi hae conditiones in illo sensu exteriori reperiuntur, de eo male loqui non licet; alioquin accipi nequit. *Zamaksheri* dicit: Interpretis Corani est religiose curare, ut cogitationum series pulchritudinem conservet et dictio eloquens perfectionem, et ut virtus Corani, qua certamen provocat, in quod nemo descendit, salva praestetur ab omni obtrectatione. Quos mens pura et clara intuitionibus mysticis adjuvat, ii veri duces sunt in his viis et minime prohibendi a penitus in hanc caussam se insinuando. Deinde eas facultates et affectiones laudat, quibus interpreti opus est,¹⁰ et: Scias, inquit, quemadmodum viri docti conditiones constituerunt interpretationis

اعلم ان العلماء كما تبينوا في التفسير شرائط بينوا في المفسر ايضا شرائط لا يحل التعاطي
 لمن عرى عنها او هو فيها راجل وهي ان يعرف خمسة عشر علماً على وجه الانتقال والكمال
 اللغة والنحو والتصريف والاشتقاق والمعاني والبيان والبديع والقراءات واصول الدين واصول الفقه
 واسباب النزول والقصص والناسخ والمنسوخ والفقه والاحاديث المبيّنة لتفسير الجمل والمبهم
 وعلم الموهبة وهو علم يورثه الله تعالى لمن عمل بما علم وهذه العلوم التي لا مندرجة للمفسر 5
 والا فعمل التفسير لا بد له من التجرّ في كل العلوم ثم ان تفسير القرآن ثلاثة اقسام الاول
 علم لم يطلع الله عليه احداً من خلقه وهو ما استأثر به من علوم اسرار كتابه من معرفة
 كنه ذاته ومعرفة حقائق اسمائه وصفاته وهذا لا يجوز لاحد الكلام فيه والثاني ما اطع
 الله على نبيه من اسرار الكتاب واختص به فلا يجوز الكلام فيه الا له صلعم او لمن اتى له
 قبيل اوائل السور من هذا القسم وقيل من الاول والثالث علوم علمها الله تعالى نبيه مما اودع 10

coronicae, ita et interpretem conditionibus subjecerunt: quibus qui destitutus est aut
 iis non nisi modice praeditus, ei non licet interpretationem tractare. Tenere autem
 debet altissime et perfectissime quindecim doctrinas — lexicologiam — syntaxin — flexum
 formarum — etymologiam — doctrinas sententiarum — expositionis — ornatu dicendi —
 lectionum coranicarum — principia theologiae dogmaticae — principia juris — doctrinam
 eorum, quae versibus coranicis edicendis et historiis narrandis causam attulerunt —
 doctrinam versuum abrogantium et abrogatorum — jurisprudentiam — traditiones,
 5 quae viam monstrant ad interpretationem eorum, quae vel summatim vel obscure expressa
 sunt — et doctrinam donativam, quam Deus non nisi iis impertit, qui scientiae suae
 congruenter agunt. Hae sunt illae doctrinae, quas interpretes complecti debet, alioquin
 omnibus se doctrinis inmergat necesse est (ad necessaria in interpretatione coranica
 elicenda). Interpretatio coranica autem e tribus generibus constat. Primi generis cogni-
 tionem Deus nulli hominum creatorum concessit. Pertinet enim ad doctrinas arcanorum
 libri sui, quatenus cognitionem naturae essentiae divinae et interiora noninum et attri-
 butorum mysteria tractant, quas Deus sibi soli reservavit, neque ulli de his loqui licet
 Secundum genus mysteria Corani complectitur, quae Deus soli prophetae aperuit et hic
 praeter ceteros tenet. De his non nisi prophetae verba facere licet vel ei, cui veniam
 10 dicendi concessit. Huc, vel ut alii volunt, ad primum genus, initia Suratarum referenda
 esse dicantur. Ad tertium genus pertinent doctrinae, quas Deus prophetam suum docuit.
 Spectant autem sententias manifestas et secretas, quas in libro suo deposuit et illum

كتابه من المعاني الجليلة والحفيّة وامره بتعليمها وهذا ينقسم الى قسمين منه ما لا يجوز الكلام فيه الا بطريق السمع كاسباب النزول والناسخ والمنسوخ والقرآات واللغات وقصص الامم واخبار ما هو كائن ومنه ما يوحى بطريق النظر والاستنباط من الالفاظ وهو قسمان قسم اختلفوا في جوازه وهو تأويل الآيات المتشابهات وقسم اتفقوا عليه وهو استنباط الاحكام الاصليّة 5 والشرعيّة والاعرابيّة لان مباحها على الاقيسة وكذلك فنون البلاغة وضروب المواعظ والحكم والاشارات لا يمتنع استنباطها منه لمن له اعلية ذلك وما عدا هذه الامور هو التفسير بالرأى الذى نبنى عنه وفيه خمسة انواع الاول التفسير من غير حصول العلوم التى يجوز معنا التفسير والثانى تفسير المتشابه الذى لا يعلمه الا الله الثالث التفسير المقرر للمذهب الفاسد بان يجعل المذهب اصلاً والتفسير تابعاً له فيرد اليه باى طريق امكن وان كان ضعيفاً الرابع 10 التفسير بان مراد الله كذا على القطع من غير دليل الخامس التفسير بالاستحسان واليهوى واذا

docere jussit. Hoc genus iterum in duas partes dividitur, quarum prior ea continet, de quibus sola fama et auditione loqui permissum est, ut de caussis, ex quibus hi vel illi versus revelati sunt, de versibus abrogantibus et abrogatis, de lectionibus coranicis, de dictionibus dialecticis, historiis populorum et de notitiis rerum, quae qualesque sint. Pars posterior ea complectitur, quae speculando et eliciendo e verbis pariuntur. Haec iterum in duas species distributa sunt. De altero disputant an loqui permissum sit, et huc pertinet interpretatio versuum ambiguum; de altero consentiunt, quod praecepta spectat elicienda et primaria et derivata et ea, quae flexiones finales 5 tractant, cum eorum fundamentum in conjiciendo positum sit, et genera eloquentiae, varia consilia paraenetica, decisiones et indicia, quae elicere ei non interdictum est, qui ad hanc rem aptus est. Quae hunc limitem excedit, interpretatio est arbitraria et vetita, et haec e quinque speciebus constat. Prima est interpretatio sine possessione doctrinarum, quas qui tenet, interpretationem tractare potest; secunda interpretatio est versuum ambiguum, quam solus Deus cognoscit — tertia interpretatio, quae fundamentum constituit disciplinae perniciosae eo quod disciplinam hanc primo loco ponit et interpretationem ei subjicit, ita ut interpres ad eam transeat, qua via possit, etsi haec fide careat — interpretatio quarta, quae voluntatem Dei hanc vel illam esse 10 absolute statuit sine ullo argumento — interpretatio quinta denique est ea, quae ex probabilitate et lubitu pendet. Et ecce jam cognoscis haec monita utilia, quamvis

- عرفت هذه الفوائد وان اضمنا فيها لكونه رأس العلوم ورئيسها فاعلم ان كتب التفسير كثيرة
 ذكرنا منها حينما ما هو مستور في هذا السفر على ترتيبه اِبَانَة في تفسير آية الامانة اتقان
 في علوم القرآن ابن الحسن في احسن القصص احكام القرآن كثيرة ارشاد انعقل السليم
 لابي السعود ارشاد ابن برجان اسباب النزول سبق كتبه في فنه اعراب القرآن مر ذكر
 كتبه في فنه اسولة القرآن اعجاز القرآن اعانة الليف تفسير الكيف اقاليم المتعاليم 5
اتسام القرآن اقتناع في تفسير آية انتصار للخشري من ابن المنير انتصاف شرح الكشاف
انتصاف في الجمع بين الثعلبي والكشاف انوار اننزيل للبيضاوي ومنعلقاته انوار ابن مقسم
ايجاز البيان ايجاز في الناسخ والمنسوخ ايضاح فيه ايضا بخار القرآن بحر الحقائق
بحر الدرر بحر العلوم بحر المحيط برهان في علوم القرآن برهان في تفسير القرآن
بحر البحور برهان في تناسب السور برهان في اعجاز القرآن بسيط واحد بصائر ذوى 10
التمييز بصائر فارسي [بيان في اعجاز القرآن] بيان في تأويلات القرآن بيان في مبيعات القرآن

- in iis describendis, cum illa doctrina caput duxque sit ceterarum doctrinarum, nimis
 longus fuerim. Scias etiam, libros exegeticos in Quranum multos esse, ex quibus hic
 eos laudabimus, qui secundum ordinem in hoc volumine consignati sunt — *Ibānet*,
 explicatio versus de rebus depositis — *Iṭcān fi olūm El-Cor'an* — *Abyan el-chīsus*,
 de historiis pulcherrimis — *Ahkām El-Cor'an*, quem titulum multi libri prae se
 ferunt — *Irshād el-acl el-selīm*, auctore *Abu'sa'ūd* — *Irshād*, auctore *Ibn Berrejān* —
Asbāb el-nozūl. Vide supra in hujus doctrinae capite libros — *Irāb El-Cor'an*.
 5 Librorum hujus quoque disciplinae mentio supra injecta est — *Eswīlet El-Cor'an* —
Ijāz El-Cor'an — *Ighātet el-lahf*, commentarius Suratae *Kahf* — *Acūlīm el-teālīm* —
Acsām El-Cor'an — *Icnū'*, expositio versus — *Intisār*, apologia *Zamakhsherū*
 contra *Ibn-elmonir* — *Intisāf*, commentarius operis *Keshshāf* — *Insāf*, justa
 dijudicatio de conjunctione inter commentarium Corani a *Tha'lebi* confectum et librum
Keshshāf — *Anwār el-tenzīl*, auctore *Beidhāwi*, et hujus libri appendices — *Anwār*,
 auctore *Ibn Mocsim* — *Ijāz el-beyān* — *Ijāz*, de versibus abrogantibus et abrogatis —
Idhāh, de eadem materia — *Bihār El-Cor'an* — *Bahr el-hecāic* — *Bahr el-dorer* —
Bahr el-olūm — *El-Bahr El-Mohit* — *Borhān fi olūm El-Cor'an* — *Borhān fi tefsīr*
 10 *El-Cor'an* — *Bahr el-bohūr* — *Borhān fi tenāsob el-sower* — *Borhān fi ijāz El-Cor'an* —
Besīt, auctore *Wāhidi* — *Besūir dzewi el-temyīz* — *Besūir*, persice — [*El-Beyān fi*
ijāz El-Cor'an] — *Beyān fi tawcīlūt El-Cor'an* — *Beyān fi mobhīmāt El-Cor'an* — *Beyān*

تأويلات القرآن في علوم القرآن بيان في شواهد القرآن تاج المعاني تاج انتراجم تأويلات القرآن
 تأويلات ماتريدى تبصرة في التفسير تبصير الرحمن تبيين في اعراب القرآن تبيان في
 تفسير القرآن تبيان في اقسام القرآن تبيان في مسائل القرآن تبيان في متشابه القرآن
 تبيين القرآن تحف الانام تحقيق البيان تخبير في علوم التفسير ترجمان القرآن
 5 ترجمان في التفسير تعداد الاي التعظيم والمنة تعلف الاي

 الجهاد من الهداية يأتي ٣٧٦٤ تيفات الفلاسفة للامام حجة الاسلام ابي حامد محمد
 ابن محمد الغزالي الطوسي المتوفى سنة ٥٥٥ مختصر اوله نسأل الله تعالى بجلاله
 الموفى على كل نياية الخ قال رأيت طائفة يعنقدون في انفسهم التميز عن الاتراب 10

3755. Tautiyet, complanatio. Opus grammaticum, auctore *Abu'labbas Ahmed Ben Abd-el-jelil Tedmri*, [Fessae] anno [555 (inc. 12. Jan. 1160)] mortuo. —
 3756. Taufir, consummatio, auctore *Hosein Balkhi*. — 3757. Taufic el-ommet,
 auxilium populo latum. — 3758. Taufic el-ináyet, auxilium sollicitudinis.
 Commentarius operis *Wicáyet*, de quo infra. — 3759. Taufic fi wasl el-ta'lic,
 auxilium de amore sibi conciliando, auctore Háfitz *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Ali
 Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 3760. Tauckif
 5 el-hokkám, institutio iudicum de obscuris statutis, auctore *Sheháb-ed-din Ahmed
 Ben-el-imád Acfahesi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. — 3761. Tauckif
 ala mohimmát el-tearíf, institutio de difficultatibus definitionum, auctore Sheikh
Abd-el-rawáf Mohammed Monáwi Misri, circa annum 1031 (inc. 6. Nov. 1622) mortuo. —
 3762. El-Tauckif we El-Takhwif, institutio et metus injectus, auctore *Abu'hosein
 Ali Ben-elhosein Halicki Poëta*, anno ... mortuo. — 3763. Teháfot el-amjád,
 ruina gloriosorum de initio capitis *Jihád* (i. e. bellum sacrum) in libro *Hidáyet*.
 Vide infra. — 3764. Teháfot el-felásifet, ruina philosophorum, auctore Imám
Hojjet-el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli Tusi, anno 505
 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Precamur Deum ob ejus
 10 majestatem super omnem finem eminentem etc. Auctor: Plures, inquit, vidi, qui in
 se ipsis distinctionem ab aequalibus et sui similibus propter majorem intelligentiam et

والنظير بمزيد انفضتة والذكاء قد رفضوا وظائف الاسلام من العبادات واستحقروا شعائر الدين من وظائف الصلوة والتوقى عن المخطورات واستبانوا بتعبدات الشرع وحدوده ولم يقفوا عند توقيفاته وقبوده يتبعون فيها رهطا يصدون عن سبيل الله ويبغونها عوجا وهم بالآخرة هم كافرون ولا مستند لكفرهم غير تقليد ان جرى على غير دين الاسلام نشوهم وولادهم 5 وعليه درج اباؤهم واجدادهم ولا عن بحث نظرى بل تقليد صادر عن التعثر باذيال الشبه الصارفة عن صوب الصواب والانخداع المزخرفة كلامع السراب واتما مصدر كفرهم سماعيم اسامى حائلة كسقراط وبقرات وافلاطون وارسطاطاليس وامثالهم واطناب وظائف من متبعيهم في وصف عقولهم وحسن اصولهم ودقة علومهم الهندسية والمنطقية والطبيعية والآلية واستبدادهم لفرط الذكاء باستخراج تلك الامور الخفية وحكايتهم حنيم انهم مع رزانة عقولهم منكرون للشرائع 10 والنحل ومعتقدون انبا نواميس مؤلفة وحيل مزخرفة فلما قرع ذلك سمعهم ووافق ما حكي

sagacitatem statuerunt, qui officia pietatis, quae Islám praecipit, respuerunt, praecepta precationis et cautionem rerum illicitarum, quae religionis instituta sanciant, contentui habuerunt, observationes cultus divini et poenas lege constitutas nihil curarunt, neque in ejus institutionibus et restrictionibus substiterunt, sed in his istos viros sunt secuti „qui avertunt (homines) a semita Dei, et quaerunt eam distorquere; et ipsi alteram vitam abnegantes;“ quorum abnegatio in nullo alio fundamento nititur, nisi in fide aliorum auctoritati tributa, cum in iis educandis et erudiendis nulla fidei Islamicae ratio haberetur, eorumque patres et avi eandem rationem amplexi essent ita, ut minime disquisitionem speculativam, sed auctoritatem temere sequerentur inde profectam, quod pedem in liciniis circumscriptionis sui ipsius et dubiorum offenderunt, quae a vero et recto inveniundo deflectunt, in laciniis dico tam fucatis et speciosis, ut splendor vaporis meridiano tempore in desertis apparentis. Fons autem, unde eorum impietas emanat, non nisi in eo quaerendus est, quod nominibus ingentibus aures dant, ut Socrati, Hippocrati, Platoni, Aristoteli similibusque, quod aures dant praeconiis effusis, quibus plures asseclarum ingenia eorum, praestantiam principiorum, subtilitatem doctrinarum geometricarum, logicarum, physicarum et metaphysicarum efferunt, et hos solos ob ingenii, quo res illas occultas elicuerint, acumen mirificum illas doctrinas tenere gloriantur, quod aures dant narrationibus discipulorum, magistros cum mentis suae gravitate leges a Deo praescriptas et varias religiones repudiare et 10 credere, has regulas esse conflatas et artificia fucata. Itaque cum ista dogmata eorum

من عقائدهم طبعيم تجملوا باعتقاد الكفر انخرأطاً في سلوكهم وترفعاً عن مساعدة الجماهير واستنكافاً من القناعة باديان الآباء ظناً بأن اظهار التنكيس في النزوع عن تقليد الحق بالشروع في تقليد الباطل محالٌ وغفلة منهم عن أنّ الانتقال الى تقليد عن تقليد خرق وخيال فأتى رتبة في عالم الله اخس من رتبة من يتجمل بترك الحلف المعتقد تقليدًا بالتسارع الى قبول الباطل تصديقًا فلما رأيت هذا العرق من الحماقة نابضاً على هولاء الاغبياء ابتدأت 5 لتحرير هذا الكتاب ردًا على الفلاسفة القدماء مبينا تهاونت عقيدتهم وتناقض كلمتهم فيما يتعلف بالآلهيات وكاشفًا عن غوائل مذهبهم وعوراته التي هي على التحقيق مضاحك العقلاء اعنى بما اختصوا به عن الجماهير من فنون العقائد مع حكاية مذهبهم على وجهه ثم صدر الكتاب بمقدمات اربع ذكر في الاولى ان الخوص في حكاية اختلاف الفلاسفة تطويل فان خطبهم طويل ونزاعهم كثير وأنه يقتصر على اظهار التناقض في رأى مقدميم الذى هو المعلم 10

aures ferirent, et quae de eorum fidei articulis narrabantur, indoli a natura ils insitae
 conjuncta essent, confessionem impietatis exornare affectarunt, ita ut in illorum
 vestigiis instarent, auxilium coryphaeorum maximorum superbe spernerent, et in
 majorum religionibus acquiescere recusarent, manifestationem aemulationis in relin-
 quenda auctoritate vero temere tributa cum comprobatione auctoritatis falso adjunctae
 conjungi non posse opinantes, nihilque id curantes, quod transitus ab una auctoritate
 ad alteram res sit insolita et phantastica. Qui enim status in hoc Dei mundo statu
 ejus ignobilior esse potest, qui repudiationem veri, cui ex auctoritate aliorum temere
 5 fidem habuerit, eo fucare affectat, quod ad falsum amplectendum properet id verum
 existimans? Cum igitur hanc stultitiae arteriam istos socordes pulsare sentirem,
 hunc librum accurate conscribere incepti, ut philosophos veteres eo refutarem, quod
 ruinam eorum fidei et doctrinae repugnantiam in iis demonstrabam, quae res divinas
 spectant, et fraudulentas eorum disciplinae petitiones ejusque nuda latera detegebam,
 quae re accurate considerata intelligentibus risum concitant, dogmata dico varia,
 quibus se a doctoribus religionis catholicis distinguunt, ita ut simul eorum disciplinam,
 qualis re vera est, depingam. Libro ipsi quatuor praemisit praefationes, in quarum
 prima docet, in discrepantiam philosophorum altius penetrare nihil aliud esse nisi rem
 longam facere, eos enim caeco et lento gressu huc illuc titubare et multum contendere,
 10 seque acquiescere velle dicit in dissensione monstranda, qua eorum ducis opinio
 laboret, qui primus sit doctor et philosophus absolutus. Hic enim eorum cognitiones

الأول والفيلسوف المطلق فإنه رتب علومهم وهذبها وهو ارسطاطاليس وقد ردّ على كلّ من قبله حتى على استاده افلاطون فلا اتقان لمذهبهم بل يحكمون بظنّ وتخمين ويستدلّون على صدق علومهم الآليّة بظهور العلوم الحسابيّة والمنطقيّة متقنة البراعين ويستدرجون ضعفاء العقول ولو كانت علومهم الآليّة متقنة البراعين لما اختلفوا فيها كما لا يختلفوا في الحسابيّة 5 ثمّ المترجمون لكلام ارسطو لم ينفك كلامهم عن تحريف وتبديل واقومهم بالنقل من المتفلسفة الاسلاميّة ابو نصر الفارابي وابن سينا وأنه يقتصر على ابطال ما اختره وراه الصحيح من مذهب رؤسائهم وعلى ردّ مذاهبهم بحسب نقل هذين الرجلين كيلا ينتشر الكلام وذكر في الثانية أنّ الخلاف بينهم وبين غيرهم ثلاثة اقسام آ يرجع النزاع فيه الى لفظ مجرد كتسميتهم صانع العالم جوهرًا مع تفسيرهم الجوهر بانه الموجود لا في موضوع ولم يريدوا به الجوهر 10 المخبّر قال ولسنا نخوض في ابطال هذا لان معنى القيام بالنفس اذا صار متفقًا عليه رجع الكلام في التعبير باسم الجوهر عن هذا المعنى الى البحث عن اللغة وأن

in ordinem digessit et recognovit. Aristoteles scilicet, quem dico, omnes, qui ei antecedeabant, ipso Platone magistro non excepto, refutavit. Hinc factum est, ut eorum disciplina nullo certo fundamento nitatur, sed ex opinione et conjectura dijudicant, veritatem doctrinarum suarum ex doctrinis exploratis arithmetiis et logicis metiuntur, quarum argumenta comperta sunt, et mente captos gradatim in graviorem errorem inducunt. Quodsi eorum doctrinae metaphysicae certis argumentis niterentur, de iis non dissentirent, ut de arithmetiis non dissentiunt. Deinde doctrinae Aristote- 5 licae interpretes in iis, quae dicunt, a depravationibus et permutationibus haud absunt, et inter philosophos islamicos in iis, quae assumta referunt, non nisi *Abu Nasr Fārābi* et *Ibn Sina* fidem maximam sibi conciliant. Porro se acquiescere velle dicit in iis perfringendis, quae uterque ex doctrina doctorum principum amplexus est et vera habet, et in horum disciplinis, ut eas duo viri tradunt, refellendis, ne oratio se diffundat. — In secunda praefatione discrepantiam inter istos philosophos et alios ad tres partes dicit revocandam esse. *Primum* enim controversia in hac re in sola dictione versatur, cum verbi caussa mundi opificem *Jauher* i. e. substantiam appellant, licet hanc vocem per id interpretentur, quod, quamquam non in certo loco, existat, nec hic substantiam circumscriptam intelligi volunt. Nolumus, inquit, in hujus rei 10 refutationem altius penetrare. Quando enim tantum in eo consentitur, Deum per se subsistentem esse, oratio de eo, quod nomen *Jauher* de mundi opifice dictum sit, ad disquisitionem lexicographicam deflectit, num recte ita dici possit. Quodsi hic usus

سوغ اطلاقه رجح جواز اطلاقه في الشرع الى المباحث الفقيية ٢ ما لا يصد مذهبهم فيه اصلا من اصول الدين وليس من ضرورة تصديق الانبياء والرسل منايعتيم فيه كقولهم ان كسوف القمر عبارة عن انمحاء ضوء القمر بتوسط الارض بينه وبين الشمس والارض كرة والسماء محيط بها من الجوانب وان كسوف الشمس وقوف جرم القمر بين الناظر وبين الشمس عند اجتماعهما في العقدتين على دقيقة واحدة قال وهذا المعنى ايضا لسنا نخوض في ابطاله 5 ان لا يتعلف به غرض ومن ظن ان المناظرة فيه من الدين فقد جنى على الدين وضعف امره فان هذه الامور تقوم عليها براهين هندسية لا تبقى معها ريبه فمن يطلع عليها ويتحقق ادلتها حتى يخبر بسببها عن وقت الكسوفين وقدرهما ومدة بقائهما الى الانجلاء انا قيل له ان هذا على خلاف الشرع لا يسترب فيه وانما يستريب في الشرع ونور الشرع ممن ينصره لا بطريقه اكثر من ضرره ممن يطعن فيه بطريقه وهو كما قيل عدو عاقل خير 10 من صديق جاهل وليس في الشرع ما يناقض ما قالوه ولو كان لكان تاويله احسن من

absolutus conceditur, exploratio, num hic usus absolutus in lege permissus sit, ad disquisitiones juris peritorum redit. — *Deinde* in quibus dictis eorum disciplina omnino nullum religionis principium tangit, eorumque contentio non necessario postulat, ut prophetis et legatis fides habeatur, ut cum dicunt, lunae defectionem dici de deletio lunae lumine eo, quod inter eam et solem terra intercedat, terramque globum esse, et coelum hunc circumcirca circumdare, cum in defectione solis corpus lunae 5 inter contemplatorem et solem in illarum stellarum coitu in duobus extremis punctis segmenti eccentrici et eclipticae ad scripulum unum consistat. Nec in hanc, ait, causam convincendam altius penetrabimus, cum, quod intenditur, inde non efficiatur, et qui disputationem de hac re ad religionem spectare opinatur, certe is nefas in religionem admittit, ejusque causa infirma est. Has enim res argumenta geometrica tractant, quae nullam dubitationem admittunt. Quodsi quis ei, qui illas perspicit et earum probationes accurate cognoscit, ut earum ope homines certiores faciat de defectionum tempore, earum ambitu et spatio, quod manent, usque ad tempus, quo evanescent, haec a lege islamica diversa esse dicit, nullum de his rebus admittit dubium, sed legem tantum ambigam habet. Detrimentum autem, quod lex ex eo capit, qui non justa via eam defendit, majus eo est, quod ex illo capit, qui eam justa via detrectat, 10 ut in proverbio legitur: Inimicus intelligens melior est amico stolido. Neque quidquam in lege invenitur, quod iis repugnet, quae statuunt, et si inveniretur, ejus interpretatio facilius esset, quam rerum argumentis firmissimis probatarum impugnatio; et quot res

مكابرة امور قطعية فكم من ظواهر آوت بالادلة القطعية التي لا تنتهي في الوضوح الى هذا الحد واعظم ما يفرح به الملحدة ان يصرح ناصر الشرع بان هذا وامثاله على خلاف الشرع فيسيل عليه طريق ابطال الشرع وهذا لان البحث في العالم عن كونه حادثا او قديما ثم اذا ثبت حدوثه فسواء كان كرة او بسيطا او مثنيا وسواء كانت السموات وما تحتها ثلاثة عشر طبقة كما قالوه او اقل او اكثر فالمقصود كونه من فعل الله فقط كيف ما كان

3 ما بتعلق النزاع فيه باصل من اصول الدين كالقول في حدوث العالم وصفات الصانع وبيان حشر الاجساد وقد انكروا جميع ذلك فينبغي ان يظهر فساد مذهبهم وذكر في الثالثة ان المقصود تنبيه من حسن اعتقاد في الفلاسفة ووطن ان مسالكهم نقيبة عن التناقض ببيان وجوه تباينهم فلذلك لا يدخل في الاعتراض عليهم الا دخول مطالب منكر لا دخول مدح

10 مثبت فيكثر عليهم ما اعتقدوه مقطوعا بالزامات مختلفة وربما الزمهم بمذاهب الفرق وذكر

sensibiles argumentis firmissimis explicantur, quae ad hunc usque evidentiae gradum adduci non possunt. Gravissimum autem, quo impii laetantur, in eo constat, quod legis defensor disertis verbis haec et similia legi contraria esse concedit, ita ut via legem convellendi ei plana sit et aperta. Disquisitio enim in eo versatur, utrum mundus de novo creatus sit an aeternus. Quodsi ejus existentia de novo certa est, tum nihil interest, utrum rotunda sit, an plana, an octangula, et nihil interest, utrum coeli et quod inferius est, tredecim contignationes contineant, ut contendunt, an plures, an pauciores; nam sufficit, quod scire volumus, eam existere solo Deo 5 agente, qualiacunque cetera sint, de quibus quaeri possit. — Tertia pars ea spectat, in quibus controversia ad quodpiam religionis principium pertinet, ut illud est, quod de existentia mundi de novo, de creatoris qualitatibus, de corporum congregatione extremi judicii die dicunt, quae omnia ab iis negata sunt. Decet igitur et par est, hujus disciplinae pravitatem demonstrare. — In praefatione tertia sibi propositum habere commemorat, ne quis philosophis bonam fidem habeat et eorum disciplinas a mutuis contentionibus immunes esse opinetur, monere eo, quod varias eorum ruinae rationes demonstret; quapropter se minime in refutationem eorum immittit, nisi eo modo, quo inquirens et infitians se immittit, non autem eo, quo ille facit, qui contendit et affirmat, ita ut ea, quae sine ulla dubitatione fide amplectuntur, disturbans in eos invehatur argumentis variis, quae silentium imperant, et saepe eos dogmatis aliarum 10 sectarum devincit. — In quarta denique praefatione docet, maximum esse eorum artificium in hominibus paulatim decipiendis, quando contra ipsos dubium profertur,

في الرابعة ان من عثم حيلهم في الاستدراج اذا اورد عليهم اشكال قوليم ان العلوم الآلية غامضة خفية لا يتوصل الى معرفة للجواب عن هذه الاشكالات الا بتقديم الرياضيات والمنطقيات فمن يقلدهم ان خطر له اشكال بحسن الظن بهم ويقول انها يعسر على درك علومهم لاني لم احصل الرياضيات ولم احكم المنطقيات قال اما الرياضيات فلا تعلق للآليات بها واما الهندسيات فلا يحتاج اليها في الاليات نعم قوليم ان المنطقيات لا بد من احكامها فيوه صحيح ولكن المنطق ليس مخصوصا بهم وانما هو الاصل الذي نسميه في فن الكلام كتاب النظر فغيروا عبارته الى المنطق تهويلا وقد نسميه كتاب التجدل وقد نسميه مدارك العقول فاننا سمع المتكلم اسم المنطق ظن انه فن غريب لا يعرفه المتكلمون ولا يطع عليه الا الفلاسفة ثم ذكر بعد المقدمات المسائل التي اثير تناقض مذهبهم فيها وهي عشرون مسألة

آ في ازيية العالم ٢ في ابدية العالم ٣ في بيان تلبسهم في قوليم ان الله صانع العالم وان العالم 10 صنع ٤ في تحجير عن اثبات الصانع ٥ في تحجير عن ائمة الدليل على استحالة آيين ٦ في

ut dicant, doctrinas rerum divinarum sive metaphysicas difficiles esse et obscuras, nec quenquam ad scientiam, quomodo ad ejusmodi dubia respondendum sit, pervenire, nisi qui cognitiones mathematicas et logicas praemiserit. Si igitur ejus, qui horum philosophorum sententiam sequitur et bene de iis existimat, mentem dubium subit et 5 dicit: Utique eorum doctrinas assequi mihi difficile est, quod disciplinas mathematicas non teneo et logicas ignoro, huic ita respondit: Primum nulla rebus divinis cum disciplinis mathematicis intercedit conjunctio, et minime in rebus divinis disciplinis geometricis opus est. Praeclare autem dicunt, doctrinarum logicarum praeceptis hominem carere non posse; quo nihil verius est, attamen non iis solis logica est propria, est enim doctrina fundamentalis, quam in sectione metaphysicae „caput speculationis“ inscripsimus, at hanc vocem ad terrorem injiciendum in logicam mutarunt. Interdum eam etiam caput topicae et interdum perceptiones animorum appellavimus; et quando metaphysicus nomen logicae audit, hanc disciplinam mirificam putat, quam metaphysici ignorent, et non nisi philosophi perspiciant. — Deinde his praefationibus quaestiones subjungit, in quibus mutuam disciplinae eorum controversiam demonstrat. Sunt 10 autem quaestiones viginti: Prima de aeternitate mundi ab omni initio — secunda de existentia mundi perpetua tempore futuro — tertia de fallacia in eorum dicto conspicua, Deum esse mundi opificem, et mundum esse ejus opus — quarta de accusatione, eos accurate definire non posse, quid sit artifex — quinta de accusatione, eos nullum afferre posse argumentum de transitu numinum in alium statum — sexta de negatione

نقى الصفات \bar{v} في قولهم أن ذات الأول لا ينقسم بالجنس والفصل \bar{h} في قولهم أن الأول موجود بسيط بلا ماعية \bar{a} في تعجيزهم عن بيان اثبات أن الأول ليس بجسم \bar{o} في تعجيزهم عن اقامة الدليل على أن للعالم صانعاً وعلته \bar{a} في تعجيزهم عن القول بأن الأول يعلم غيره \bar{a} في تعجيزهم عن القول بأن الأول يعلم ذاته \bar{a} في ابطال قولهم أن الأول يعلم الجزئيات \bar{a} في ابطال قولهم أن السماء حيوان متحرك بالارادة \bar{o} في ما ذكره من العرض المعكوك للسماء \bar{a} في قولهم أن نفوس السموات تعلم جميع الجزئيات المحادثة في هذا العالم \bar{a} في قولهم باستحالة خرق العادات \bar{a} في تعجيزهم عن اقامة البرهان العقلي على أن النفس الانسانية جوهر روحاني \bar{a} في قولهم باستحالة الفناء على النفوس البشرية \bar{o} في ابطال انكارهم البعث وحشر الاجساد مع التلذذ والتألم بالجنة والنار بالآلام والذات الجسمانية هذا ما ذكره من 10 المسائل التي يناقض فيها كلامهم من جملة علومهم ففصلنا وابطل مذاعبهم فيها الى آخر الكتاب

qualitatum modificatarum — septima de philosophorum propositione, essentiam entis primi non dividi genere et specie — octava de eorum dicto, ens primum esse existens simplex sine substantiae qualitate — nona de accusatione, eos affirmare non posse, ens primum non esse corpus — decima de accusatione, eos argumentum stabilire non posse, mundo esse opificem et causam — undecima de accusatione, eos probare non posse dictum, ens primum aliud praeter se nosse — duodecima de accusatione, eos dictum probare non posse, ens primum essentiam suam nosse — tertia decima de convellendo eorum dicto, ens primum particularia scire — quarta decima de convellendo 5 eorum dicto, coelum esse animal se voluntate movens — quinta decima de eo, quod commemorant de anima coelum movente — sexta decima de eorum dicto, animas coelorum omnia specialia in hoc mundo de novo existentia scire — septima decima de eorum dicto, absurdum esse credere, res extraordinarias fieri posse — octava decima de accusatione, eos probationem evidentem rationalem afferre non posse, animam humanam esse substantiam spiritualem — undevicesima de eorum enunciato, absurde dici, animas humanas evanescere et perire posse — vicesima de convellenda eorum negatione, corpora die novissimo a mortuis excitari et congregari cum voluptatum et dolorum corporeorum sensu in paradiso et igne. — Hae sunt quaestiones ab eo commemoratae et ex summa disciplinarum philosophicarum desumptae, in quibus eorum doctrina discors est. In has per singulas partes inquisivit, philosophorumque 10 varias de illis sententias usque ad finem libri diluit, et hoc est argumentum libri

وهذا معنى التباين لتخصتها من اول كتابه لكونها مما يجب معرفته فقال في آخر خاتمته
 فان قال قائل فقد فصلتم مذاهب هؤلاء انتقطعون القول بكفرهم قلنا بكفرهم لا بد منه في
 ثلاث مسائل \bar{A} مسألة قدم العالم وقولهم ان الجواهر كلها قديمة \bar{B} قولهم ان الله لا
 يحيط علماً بالجزئيات الحادثة من الاشخاص \bar{C} في انكارهم بعث الاجساد وحشرها فيه
 لا يلائم الاسلام بوجه فاما ما عدا هذه الثلث من تصرفهم في الصفات والتوحيد فمذهبهم
 قريب من مذهب المعتزلة فهم فيها كاهل البدع انبى ملخصاً ثم ان القاضي ابا الوليد
 محمد بن احمد ابن رشد المالكي صنف تبايناً من طرف الحكماء ردّاً على تباين الغزالي بقوله
 قال ابو حامد واوله بعد حمد الله الواجب الخ ذكر فيه ان ما ذكره بمعزل عن مرتبة اليقين
 والبرهان وقال في آخره لا شك ان هذا الرجل اخطأ على الشريعة كما اخطأ على الحكمة
 ولولا ضرورة طلب الحق مع اهله ما تكلمت في ذلك انتهى ثم ان السلطان محمد 10

Teháfot. Quaestiones autem ex operis initio summatim excerpsi, cum earum cognitio
 omnino necessaria sit. Ad finem conclusionis haec habet. Si quis dicit: Distincte
 quidem horum philosophorum disciplinas exposuistis, at clare etiam et manifesto
 eorum probastis impietatem? Utique, respondemus. Negari enim omnino non potest
 in tribus quaestionibus — de mundi aeternitate et eorum decreto, omnes substantias
 esse aeternas — de eorum decreto Deum minime specialia individuorum primum
 5 apparentia scire — de eorum negatione, corpora extremi iudicii die resuscitari et
 congregari, quibuscum religio islamica nullo plane modo consentire potest. Quae
 autem praeter has tres quaestiones libero arbitrio de attributis et doctrina de uno Deo
 statuunt, in his eorum disciplina ad schismaticorum disciplinam prope accedit, qui
 in illis quaestionibus novarum in religione rerum studiosis similes sunt. Haec est
 summa eorum, quae ille dedit. — Postea Cádhi *Abu'lwelíd Mohammed Ben Ahmed
 Ibn Roshd* Malikita librum *Teháfot* ita incipientem: Post laudem Dei necessario
 existentis etc., a verae philosophiae studiosis excitatus ad *Teháfot Ghazálü* refutandum
 composuit verbis usus „dicit *Abu Hámid*,“ et quod hic commemoraverit, nullam
 statuit prodere notitiam dignitatis cognitionis certae et probationis evidentis, et in
 fine: Nullum, inquit, est dubium, quin iste vir contra legem peccaverit, ut contra
 10 veram philosophiam peccavit, et nisi necessarium esset, veritatem apud ejus studiosos
 quaerere, de hac re verba non fecissem. Haec ille. — Postea Sultan *Mohammed*

خان العثماني الفاتح امر المولى مصطفى بن يوسف الشهير بخواجه زاده البرسوى المتوفى سنة ٨٩٣ والمولى علاء الدين على الطوسى المتوفى سنة ٨٧٧ ان يصنفا كتاباً للمحاكمة بين تينافى الامام والحكماء فكتب المولى خواجه زاده فى اربعة اشهر وكتب المولى الطوسى فى ستة اشهر وفضلوا كتاب المولى خواجه زاده على كتاب الطوسى واعطى السلطان محمد خان لكد 5 منيها عشرة الاف درهم وزاد لخواجه زاده بغلة نفيسة وكان ذلك هو السبب فى نهاب المولى الطوسى الى بلاد العجم وذكر ان ابن المولى لماً وصل الى خدمة العلامة الدوانى قال له باى هدية جئت الينا قال بكتاب التينافى لخواجه زاده فضالعه مدة وقال رضى الله عن صاحبه خلصنى عن المشقة حيث صنعه ولو صنته لبلغ هذه الغاية فحسب وعنك ايضا حيث اوصلت الينا ولو لم يصل التى لعزمت على الشروع واول تينافى خواجه زاده توجهنا 10 الى جنابك الخ ذكر انهم اخطأوا فى علومهم الطبيعية يسيراً واللايتية كثيراً فاراد ان يحكم ما اورده الامام من قواعدهم الطبيعية واللايتية مع بعض آخر مما لم يورده

Khán Othmání Expugnator Mollam Mustafa Ben Yusuf Borsewi, vulgo Khojazádeh dictum et anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuum, et Mollam Alá-ed-din Ali Tusi, anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuum, ad dijudicandam controversiam inter Teháfot Imami et philosophos islamicos componere jussit. Molla Khojazádeh imperatum intra quatuor menses fecit, Molla Tusi intra sex, et nihilo secius librum Mollae Khojazádeh Tusi libro praetulerunt. Sultan Mohammed Khán utrique decem millia Dirhemorum 5 solvi jussit, praeterea autem Mollae Khojazádeh vestem pretiosam dedit, quod Mollam Tusi commovit, ut in Persiam migraret. Narrant etiam, cum Ibn-elmouayyed doctissimi Dewáni ministerium subiret, illum ab hoc interrogatum: Quod donum nobis affers? Librum Teháfot a Khojazádeh conscriptum, respondisse. Quem cum ille per temporis spatium examinasset: Faveat Deus, inquit, ejus auctori. Cum illum componeret, me afflictione liberavit, et si ego eum composuissem, eundem gradum assecutus esset, et macte hac gloria. Faveat tibi quoque, quod nobis eum attulisti; qui si mihi non allatus esset, certe eandem rem aggredi mihi proposuissem. Incipit Teháfot Mollae Khojazádeh ita: Convertimus nos ad tuam majestatem etc., et 10 commemorat auctor, eos in doctrinis suis physicis paululum peccasse, in metaphysicis autem multum. Ea igitur philosophorum dogmata fundamentalia physica et metaphysica ab Imamo prolata simul cum nonnullis aliis dijudicare voluit, quae ille non attulerit, nec

- بادلتها المعول علييا عندهم على وجهها تر ابطلها وهي مشتملة على اثنتين وعشرين فصلاً
 فزاد فصلين على مباحث الاصل واول تهافت الطوسي سبحانه اللهم منفرداً بالازليّة والقدم الخ
 فهو مرتب على عشرين محتامقتصراً على الاصل وسماه الذخيرة وعليه تعليقة للمولى شمس
 الدين احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ١١٠٤ ٣٧٥ تهافت معين الدين
 ٣٧١ تهافت حكيم شاه محمد القزويني ٣٧٧ تهدي الى معين التعتدي لتقى الدين على 5
 ابن عبد الكافي السبكي المتوفى سنة ٧٥١ ٣٧٨ تهديم الاركان من ليس في الامكان ابداع
 مما كان لبرهان الدين ابراهيم بن عمر البقاي المتوفى سنة ٧٥٠ رسالة اولها الحمد لله الحميد
 المجيد الخ ردّ فيه بعض الفلاسفة القائلين بالوحدة المطلقة واعترض على الغزالي في احيائه
 وفرغ من تأليفه سنة ٨١٣ ٣٧٩ تهذيب الآثار لابي جعفر محمد بن جرير الطبري المتوفى
 سنة ٣١٠ وهو كتاب تقرن في بابيه بلا مشاركي ٣٧٧ تهذيب الاخلاق وتطهير الاعراق للشيخ 10

non cum argumentis, in quibus potissimum fiduciam posuerint, et ita quidem, ut in eorum
 libris leguntur. Deinde convellit ea. Complectuntur autem viginti duas sectiones,
 quibus duas addidit super quaestionibus archetypi. *Tehafot Tusî* ita incipit: Laus
 tua, o Deus, qui unicus es aeternitate ab omni initio ad omne tempus futurum etc.
 Hic librum in viginti disquisitiones distribuit in archetypo acquiescens, librumque
Dzakhiret inscripsit. Appendicem in eum composuit Molla *Shems-ed-din Ahmed*
Ben Soleimán Ibn Kemálpasha, qui anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) defunctus est. —
 5 3765. *Teháfot Moín-ed-dín*, ruina, auctore *Moín-ed-dín*. — 3766. *Teháfot*
Hekím Sháh, ruina, auctore *Hekím Sháh Mohammed Cazwini*. — 3767. *Tehaddi*,
 directio ad signa verborum transitivorum, auctore *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi*
Sobki, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 3768. *Tehdím el-arkán*,
 destructio columnarum propositionis: Quod existere potest, mirabilius esse nequit eo,
 quod vere existit, auctore *Borhán-ed-dín Ibrahim Ben Omar Becáï*, anno 885
 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo laudando et
 praedicando etc. Auctor hic nonnullos philosophos refutat unitatem in Deo absolutam
 statuentes, et *Ghazálíum* in *Ihyá el-olúm* impugnat. Ejus compositionem anno 883
 (inc. 4. Apr. 1478) absolvit. — 3769. *Tehdzíb el-athár*, correctio monumentorum,
 10 auctore *Abu Ja'far Mohammed Ben Jerir Taberi*, anno 310 (inc. 1. Mai. 922)
 mortuo. Hic liber sui generis unicus est, qui parem non habet. — 3770. *Tehdzíb*
el-akhlác, correctio morum et emendatio inclinationum innatarum, auctore Sheikh

ابى على احمد بن محمد المعروف بابن مسكويه [المتوفى سنة ٤٣١] ويشتمل على ست مقالات
 اوله اللهم انا نتوجه اليك الخ وهو كتاب مفيد في علم الاخلاق ٣٧١ تهذيب الاخلاق
 بذكر مسائل الخلاف والاتفاق لمحمد بن محمد الاسدي القدسي المتوفى سنة ٤٠٨ تهذيب
 الاسرار في طبقات الاخيار للشيخ ابى سعيد عبد الملك بن ابى عثمان النيسابورى الواعظ
 5 [المعروف بالخرکوشى المتوفى سنة ٤٠٧] ٣٧٣ تهذيب الاسماء واللغات للامام محبى الدين
 يحيى بن شرف النورى المتوفى سنة ٦٧٤ وهو كتاب مفيد مشهور في مجلد اوله الحمد لله
 خالف المصنوعات الخ جمع فيه الالفاظ الموجودة في مختصر المزني والمهذب والوسيط والتنبيه
 والوجيز والروضة وقال ان هذه الستة تاجع ما يحتاج اليه من اللغات وضم الى ما فيها جملا
 مما يحتاج اليه مما ليس فيها من اسماء الرجال والملائكة والجن ليعتم الانتفاع وترتب على
 10 قسامين الاول في الاسماء والثاني في اللغات ثم ان الشيخ اكمل الدين محمد بن محمود الخنفي
 المتوفى سنة ٧٨٩ غير ترتيبه على اسلوب آخر وكذا فعل الشيخ محبى الدين عبد القادر بن محمد

Abu Ali Ahmed Ben Mohammed, vulgo Ibn Miskaweih dicto [et anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuo]. Hic liber ad morum doctrinam discendam utilis complectitur dissertationes sex, et incipit ita: O Deus, nos ad te convertimus etc. — 3771. Tehdzib el-akhlac, correctio morum per commemorationem quaestionum dissensionis et consensionis, auctore Mohammed Ben Mohammed Asedi Codsî, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. — 3772. Tehdzib el-asrar, correctio arcanorum de classibus bonorum (Suforum), auctore Sheikh Abu Said Abd-el-melik Ben Abi Othman Nisaburi El-Waitz (Concionatore), [vulgo Kharkushi dicto et anno 407 (inc. 5 10. Jun. 1016) mortuo]. — 3773. Tehdzib el-asma we el-loghat, correctio nominum et vocabulorum, auctore Imam Mohyi-ed-din Yahya Ben Sheref Newewi, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. Hoc volumen, quod ita incipit: Laus Deo rerum factarum creatori etc., ad studium utile est et celebratum, et auctor hic vocabula collegit, quae in compendio Mozenii, in Mohadzdzib, Wesit, Tenbih, Wejiz et Raudhet inveniuntur, et hi sex libri, inquit, tantum locutionum continent, quantum earum opus est, et iis, quae ibi leguntur, supplementa necessaria nominum virorum, angelorum et daemonum addidit, quae ibi non inveniuntur, ut utilitas latissima inde capiatur. Librum in duas partes disposuit, quarum prior de nominibus, 10 posterior de locutionibus agit. Serius Sheikh Akmal-ed-din Mohammed Ben Mahmud Hanefita, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus, ejus ordinem secundum aliam rationem mutavit, idemque fecit Sheikh Mohyi-ed-din Abd-el-cadir Ben Mohammed

- ابن القرشي الحنفى المتوفى سنة ٧٥٠ ولخصه الشيخ عبد الرحمن بن محمد البسطامي وممّاه بالفوائد السنّية وللشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطى المتوفى سنة ١١١ مختصر ذلك الكتاب ايضا ٣٧٤ تهذيب الاقوال والاعمال لابن العراق ٣٧٥ تهذيب البلاغة لابي علي احمد بن نصر الكاتب الحلبى المتوفى سنة ٣٥٢ ٣٧٦ تهذيب التهذيب يأتى فى الكاف ٣٧٧ تهذيب الداعى فى اصلاح الرعية والرأى لابي لاسن شيبث بن ابراهيم العبادى المتوفى 5 سنة ٥٥١ صنّفه للسلطان صلاح الدين يوسف الايوبي ٣٧٨ تهذيب الدلائل وعبون المسائل للامام فخر الدين عمر بن محمد الرازى الشافى المتوفى سنة ٦٠١ ٣٧٩ تهذيب الشمائل للشيخ محمد بن حمزة المعروف بملا عرب الواعظ الانتاكي ثم الرومى ٣٨٠ تهذيب الطبع فى نوادر اللغة لابي محمد قاسم بن محمد الاصفهاني ٣٨١ تهذيب طريق الوصول الى علم الاصول للشيخ جمال الدين يوسف بن مطهر المتوفى سنة اوله الحمد لله رافع درجات العارفين 10 الخ ذكر فيه انه حرّر طرق الاحكام على الاجمال اجابة لالتماس ولده محمد ورتب على

- Ben-el-coreshi* Hanefita, anno 775 (inc. 23. Jun. 1373) mortuus. Potiora ejus Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mohammed Bistâmi* edidit, epitomenque *El-Fewâid El-Seniyet* inscripsit, et Sheikh *Jelâl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyûti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, pariter hujus libri epitomen edidit. — 3774. *Tehdzîb el-acwâl we el-amâl*, correctio dictionum et factorum, auctore *Ibn-elirâc*. — 3775. *Tehdzîb el-belâghet*, correctio eloquentiae, auctore *Abu Ali Ahmed Ben Nasr Halebi* Kâtib (Scriba), anno 352 (inc. 30. Jan. 963) mortuo. — 3776. *Tehdzîb El-Tehdzîb*, correctio correctionis. Vide infra in litera *Kâf*. — 3777. *Tehdzîb el-dâi'*, correctio vocantis de temperandis subditis et principe. *Abu'lhasan Sheith Ben Ibrahim Ibâdi*, anno 559 (inc. 30. Nov. 1163) mortuus, hunc librum Sultano *Salâh-ed-din Yusuf Eyyûbi* composuit. — 3778. *Tehdzîb el-delâil*, correctio argumentorum et fontes quaestionum, auctore *Imâm Fakhr-ed-din Omar Ben Mohammed Râzi* Shafita, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 3779. *Tehdzîb el-shemâil*, correctio indolis, auctore Sheikh *Mohammed Ben Hamza El-Wâitz* (Concionatore), primum Antiochiae et deinde Rumeliae inquilino, vulgo *Molla Arab* dicto. — 3780. '*Tehdzîb el-tab*', correctio naturae de raris vocibus, auctore *Abu Mohammed Cûsim Ben Mohammed Isfahâni*. — 3781. *Tehdzîb tarîc el-wosûl*, correctio 10 rationis ad doctrinam principiorum perveniendi, auctore Sheikh *Jemâl-ed-din Yusuf Ben Motahher*, anno ... mortuo. Se hic summatim rationes statutorum sancientorum conscripsisse commemorat desiderio patris *Mohammed* morem gesturum, et librum,

مقاصد والعلامة شمس الدين محمد الحفري المتوفى سنة ٨٠٠ تقريباً شرحه سماه منية اللبيب
 ٣٧٨٢ تهذيب الكمال في أسماء الرجال يأتي في الكاف مع متعلقاته ٣٧٨٣ تهذيب اللغة لاني
 منصور محمد بن احمد بن طلحة الارغري اللغوي المتوفى سنة ٣٧٠ اوله الحمد لله نبي للول
 والقدرة الخ ابتداءً فيه بحرف العين وهو كتاب كبير من الكتب المختارة في اللغة وترتيبه على
 5 هذا ع ج ه خ غ ق ك ج ش ص س ز ط د ت ظ ذ ث ر ل ن ف ب م و آ ي
 وذلك باعتبار المخارج وبمختصره لعبد الكريم بن عطاء الله الاسكندري المتوفى سنة ٦١٣
 ٣٧٨٤ تهذيب المدونة في الفروع يأتي في الميم ٣٧٨٥ تهذيب المطالب لعبد الحف الصقلي
 المالكي ٣٧٨٦ تهذيب المنطق والكلام للعلامة سعد الدين مسعود بن عمر التفتازاني
 المتوفى سنة ٧١٣ وهو متن متين ألفه سنة ٧٠٩ اوله الحمد لله الذي هدانا لهذا
 10 الطريق الخ وقال هذه غاية تهذيب الكلام في تحرير المنطق والكلام

qui ita incipit: Laus Deo gradus spiritualium augenti etc., in consilia (*Mecsid*)
 distribuit. Vir doctissimus *Shems-ed-din Mohammed Haferi*, qui circiter annum 810
 (inc. 8. Jun. 1407) mortuus est, commentarium ejus edidit *Munyet el-lebb* inscriptum. —
 3782. Tehdzib el-kemál, correctio operis *Kemál* de nominibus Traditionariorum.
 Videatur de eo litera *Káf*, ubi et scripta ad illud spectantia commemorabuntur. —
 3783. Tehdzib el-loghat, correctio sermonis, auctore *Abu Mansur Mohammed*
Ben Ahmed Ben Telha Azheri Lexicologo, anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuo.
 Initium libri est hoc: Laus Deo pollenti potentique etc., et incipit auctor a litera *Ain*.
 Magnum est opus et inter lexicologica probatissimum, quod hunc literarum ordinem
 secundum pronunciationis instrumenta sequitur: *Ain, Há, He, Khá, Ghaïn, Cáf, 5*
Káf, Jím, Shín, Dhád, Sád, Sin, Zú, Tá, Dál, Te, Tzá, Dzál, Thá, Rá,
Lám, Nún, Fú, Bá, Mím, Wáf, Elif, Yá. Ejus epitomen *Abd-el-kerim Ben*
Atallah Iskenderi anno 612 (inc. 2. Mai. 1215) mortuus edidit. — 3784. Tehdzib
 El-Modewwenet, correctio critica operis *Modewwenet* de partibus juris specialibus.
 Videatur in litera *Mim*. — 3785. Tehdzib el-metálib, correctio critica quaestionum,
 auctore *Abd-el-hacc Sickilli* Malikita. — 3786. Tehdzib el-mentic we el-kelám,
 correctio critica logicae et metaphysicae, auctore doctissimo *Sa'd-ed-din Mes'ud Ben*
Omar Teftázani, anno 792 (inc. 20. Dec. 1389) mortuo. Textus est aptus, qui ita
 incipit: Laus Deo, qui nos viam planam ducit etc. Eum anno 789 (inc. 22. Jan. 1387)
 composuit, et: Nihil, inquit, correctius dici potest ad logicam et metaphysicam accurate 10
 conscribendam, quam quod hic dedimus. Librum in duas partes divisit, quarum prior

جعله على قسمين الاول في المنطق والثاني في الكلام واختصر المقاصد في كلامه ولما كان منطق
 احسن ما صنّف في فنّه اشتهر وانتشر في الآفاق فكتب عليه اُحَقِّقون بالدرس والقراءة فصنّفوا
 له شرحًا منيا شرح الفاضل العلامة جلال الدين محمد بن اسعد الصديقي الدواني المتوفى
 سنة ٩٠٧ وهو شرح بالقول مفيد مشهور لكنّه لم يتمّ اوله تهيذيب المنطق والكلام توشّحه
 بذكر المفصل المنعم الخ ذكر أنّه لم يلتفت الى ما اشتهر ولم يحدّد على ما ذكر بل اتى 5
 بتحقّقات خلا عنينا الزبر المتداولة و اشار الى تدقيقات لم تحوّرنا الصحف المتطاولة مع أنّه
 املاها بالاستعجال على طريف الارتجال وعليه حواشي منها حاشية الفاضل الشير بمير انى
 الفتح السعدي المتوفى سنة ٩٠٥ تقريبًا كتبها مع تكملة شرح الجلال ووعد في آخره بشرح
 كلامه واعتذر بعدم وصوله اليه وحاشية مير فخر الدين محمد بن الحسين الاسترابادي
 الحسينى السماكى اوليا أما بعد حمد الله مفيد الصور الخ وحاشية انى الحسن بن 10

de logica, posterior de metaphysica agit, et sermone est usus brevi in iis, quae
 dicere vult, exprimendis. Cujus tractatus de logica cum optimus esset liber de hac
 materia conscriptus, innotuit et per terras late est diffusus; quo factum est, ut viri
 subtili eruditione ornati in eo docendo et legendo operam ponerent ejusque commentarios
 scriberent, ut bene meritus et doctissimus *Jelâl-ed-dîn Mohammed Ben As'ad Sadîckî*
Dewânî, anno 907 (inc. 17. Jul. 1501) mortuus, cujus commentarius fructuosus et
 satis notus ea tantum textus verba continet, quae explicantur, nec ad finem perductus
 5 est. Incipit ita: Correctio logicae et metaphysicae critica in eo cernitur, quod librum
 celebratione Dei beneficentia et liberalitate spectatissimi tanquam fascia ornamus etc.,
 et auctor se nota non respexisse nec in iis acquiescisse dicit, quae commemorata sint,
 sed cognitiones tetigisse accuratas, quae in scriptis tritissimis non inveniuntur, et
 quaestiones subtiles indicasse, quas folia amplissima non contineant, quanquam raptim
 ex tempore eas dictaverit. Plures ad hunc commentarium glossas ediderunt, ut bene
 meritus *Saidî*, vulgo *Mir Abu'fat'h* dictus et circa annum 950 (inc. 6. Apr. 1543)
 mortuus, qui eas ita scripsit, ut simul complementum commentarii *Jelâl-ed-dîni*
 continerent, et ad finem commentarium partis libri de metaphysica promittit se
 excusans, quod hic tractatus sibi nondum in manus venerit — *Mir Fakhr-ed-din*
 10 *Mohammed Ben-elhosein Asterûbâdi Hoseini Simâki*, cujus glossae ita incipiunt:
 Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus, qui formas dat etc. — *Abu'hasan Ben*

احمد الابيوردى الشير بدانشمند وحاشية مصلح الدين محمد بن صلاح اللارى المتوفى سنة ٩٧١ تقريباً وله شرح على الاصل وحاشية الفاضل حسين الحسينى الخللخالى المتوفى فى حدود سنة ١٠٣٠ [قلت وذكر تأريخ وفاته فى خلاصة الاثر فى سنة اربع عشرة بعد الالف انتبى] اوله نحمدك يا من نور قلوب العارفين الخ ذكر فيه انه ألفه لولده برهان الدين محمد وتم 5 تدوينه فى جمادى الآخرة سنة ١٠٠٦ ومن شروح التهذيب شرح المحقق شيخ الاسلام احمد بن محمد الشير بحفيد سعد الدين المتوفى سنة ٩٠٦ تقريباً وهو شرح مزوج اوله احسن ما ترشح به صدور المنطق والكلام الخ وشرح نجم الدين بن شهاب المدعو بعبد الله وهو شرح بالقول وشرح مرشد بن امام الشيرازى اوله تهذيب المنطق بتهذيب الكلام فى توحيد ولى الحمد والانعام الخ ذكر فى عنوانه السلطان بايزيد بن محمد خان [الفاتح] وشرح عبد 10 الله بن فضل الله للبيضاى وهو شرح مزوج اوله ان احق ما يتزين بنشره منطق القاضى الخ ألفه بعد المظالعة فى شرح الشمسية وسماه التذهيب وذكر فى خطبته عبد اللطيف خان

Ahmed Abiwerdi, vulgo Dānīshmend dictus — Moslih-ed-dīn Mohammed Ben Salūh Lārī, circa annum 979 (inc. 26. Mai. 1571) mortuus, qui et commentarium ad archetypum scripsit — bene meritus Hosein Hoseini Khalkhālī, circa annum 1030 (inc. 16. Nov. 1620) mortuus. — [Auctor libri Khilāset el-athar eum anno 1014 (inc. 9. Mai. 1605) mortuum esse dicit]. Hae glossae ita incipiunt: Te laudamus, qui corda spiritualium illuminasti etc., et auctor se eas filio Borhān-ed-dīn Mohammed composuisse dicit, conscriptionemque Jomādi secundo anni 1006 (inc. 4. Aug. 1597) 5 absoluit. Porro commentarios ad Tehdzīb publicarunt subtilissimus Sheikh-elislām Ahmed Ben Mohammed, vulgo Hafid Sa'd-ed-dīn dictus et circa annum 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuus, cujus commentarius textum admixtum habet, et ita incipit: Optimum, quo pectora logicae et metaphysicae sudant etc. — Nejṃ-ed-dīn Ben Shehāb, Abdallah vocatus, cujus commentarius ea tantum textus verba continet, quae explicantur — Murshid filius Imāmi Shirāzi, cujus commentarius ita incipit: Correctio logicae critica per castigatum sermonem de doctrina unius Dei laude et beneficentia egregia conspicui etc. In libri fronte nomen Sultani Bayezid Ben Mohammed Khān [Expugnatoris] posuit — Abdallah Ben Fadhlallah Khabisi, 10 cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Verissimum, cujus divulgatione iudicis sermo ornatur etc. Lecto commentario operis logici Shemsīyet illum composuit et Tedzhīb inscripsit. In ejus praefatione sollemni Abd-el-latīf Khān

- أوله أن أحق ما يترجم بنشره منطف القاضي والحاضر الخ ذكر أن التهذيب مشتمل على أكثر مسائل الرسالة الشمسية والمحصلون عن فهم مسأله الصعبة في الاضطراب لغاية ايجاز الفاظه فشرحه شرحاً وسيطاً وشرح زين الدين عبد الرحمن بن أبي بكر المعروف بابن العيني المتوفى سنة ٨١٣ أوله أحمد لله الذي حصر النوع الانساني الخ وهو شرح مزوج ذكر فيه أنه لم ير في بلاده شرح هذا المتن وسماه جهد العقل وشرح المولى محيى الدين محمد بن 5 سليمان الكافيحي وهو شرح مبسوط يقال أقول وشرح الشيخ محمد بن ابراهيم ابن أبي الصفاء تلميذ ابن اليمام وشرح هبة الله الحسينى الشيبير بشاه مير وهو شرح مزوج مختصر أوله غاية تهذيب الكلام فتح المنطف بحمد المنعم الخ وعلى شرح لللال رسالة لمولانا احمد القزوينى كتبها بدمشق في رجب سنة ٩٥٣ ومنها شرح مظفر الدين على بن محمد الشيرازى المتوفى سنة ٩١٣ ٣٧٧ تهذيب في أسماء الذئب للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي 10 بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو جزء أورده في ديوان الحيوان ٣٧٨ تهذيب في التفسير

laudat et incipit ita: Verissimum, cujus divulgatione iudicis et assessoris sermo ornatur etc. *Tehdzib* plurimas quaestiones tractatus *Shemsiyet* continere dicit, eosque, qui ejus quaestionum difficultium sensum intelligere studeant, huc illuc ferri ob nimiam verborum brevitatem. Hinc factum est, ut commentarium amplum componeret — *Zein-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr*, vulgo *Ibn-el-aini* dictus et anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, cujus commentarius *Jahd el-maql* inscriptus ita incipit: Laus 5 Deo, qui genus humanum numero comprehendit etc. Textum admixtum habet, et auctor ibi narrat, se in patria nullum illius textus commentarium vidisse — *Molla Mohyi-ed-din Mohammed Ben Soleimán Kufiji*, cujus commentarius latus et copiosus est, et vocibus *cála* (dixit) et *acúl* (dico) auctoris et interpretis verba distinguit — *Sheikh Mohammed Ben Ibrahim Ibn Abi'lsefá Ibn-elhemmámi* filius — *Hibatallah Hoseini* vulgo *Sháh Mtr* dictus, cujus commentarius textum admixtum habet et brevis est. Incipit ita: Castigatissima oratio est ea loquela, quae a laude Dei beneficentissimi incipit etc. — Ad commentarium *Jelál-ed-dini* *Molla* noster *Ahmed Cazvini* tractatum Damasci mense Rejeb anni 952 (inc. 15. Mart. 1545) composuit. Denique 10 *Motzaffer-ed-din Ali Ben Mohammed Shirázi*, anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus, commentarium ejus edidit. — 3787. *Tehdzib* fi asmá el-dzib, correctio critica de nominibus lupi, auctore *Sheikh Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Fasciculus, quem ille operi *Diván el-heiván* inseruit. — 3788. *Tehdzib* fi el-tefsír, correctio critica de exegesi coranica,

- لانى سعد محسن بن كرامة الجشمى البيهقى وهو مجلّدات فسره بالقول ذكر القرآنة اولًا ثم اللغة ثم الاعراب ثم المعنى ثم الاحكام رأيت نسخة منيا مكتوبة مؤرخة سنة ٩٥٢
- ٣٧٨٩ تَهذِيبٌ فِي الْفُرُوعِ للامام محبى السنة حسين بن مسعود البغوى الشافعى المتوفى سنة ٥١٩ وهو تأليف محرر مهذب مجرد عن الادلة غالبًا تحفه من تعليقة شيخه القاضى حسين وزاد فيه ونقص ثم تحفه الشيخ الامام حسين المروزى الهروى الشافعى المتوفى سنة وسماه لباب التهذيب اوله الحمد لله المتعال فى كبريائه الخ قال هذا لباب التهذيب مع اشتماله على مزيد التنقيح والترتيب واختصره ايضا الشيباب احمد بن محمد بن منير الاسكندرى المتوفى سنة ٦٨٣
٣٧١. تَهذِيبٌ فِي الْفُرُوعِ لانى على [حسن بن محمد] الزجاجى [الطبرى] الشافعى وهو مختصر مشتمل على فروع زائدة على المفتاح ولينذا يلقب بزوايد المفتاح ٣٧١ تهذيب لدعن
- 10 اللبيب فى الفروع مختصر على سذهب ابنى حنيفة اوله الحمد لله المحيط بنا افضاله الخ وهو كتاب

auctore *Abu Sa'd Mohsin Ben Keráma Joshemi Beihacki*. Plura sunt volumina, quibus ea tantum Corani verba admiscuit, quae interpretatur. Primum lectionem affert, deinde explicationem verbi lexicographicam, tum flexionem finalem, denique sensum, postremo statuta inde derivata. Exemplum vidi, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254), ut in fine additum legitur, scriptum. — 3789. *Tehdzib fi el-forú'*, correctio critica de partibus juris specialibus, auctore *Imám Mohyi-el-sunnet Hosein Ben Mes'ud Beghewi Shafiita*, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. Opus castigatum accurateque scriptum et plerumque argumentis nudatum, quod potiore partem ex adnotatione *Sheikhi* sui *Cádhi Hosein* ita excerpsit, ut hic auget, illic amputaret. 5 Postea *Sheikh* et *Imám Hosein Merwezi Herewi Shafiita*, anno ... mortuus, epitomen ejus titulo *Lobáb El-Tehdzib* insignitam edidit, quae ita incipit: Laus Deo majestate sua excelso etc. Auctor: Haec est, inquit, medulla operis *Tehdzib*, attamen ea simul additamenta continet operum *Tenckth* et *Terttb*. Potiora hujus epitomae iterum *Shehab-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben Monir Iskenderi*, anno 683 (inc. 20. Mart. 1284) mortuus, separatim edidit. — 3790. *Tehdzib fi el-forú'*, correctio critica de partibus juris specialibus, auctore *Abu Ali [Hasan Ben Mohammed] Zejjáji [Taberi]* Shafiita. Compendium est partes juris speciales continens, quae additamenta ad opus *Miftáh* sunt, quapropter opus honorifice *Zewáid El-Miftáh* cognominatur. — 3791. *Tehdzib li dzihn el-lebíb*, correctio mentis cordati critica. Compendium 10 de partibus juris specialibus secundum disciplinam *Abu Hanifae*, quod ita incipit: Laus Deo nos beneficiis suis amplectenti etc. Hic liber honorifice *Khiyaret el-*

- يلقب بحيرة الفقهاء ٣٧٣ تهذيب الواقعات في الفروع للنفية للشيخ احمد القلانسي
- ٣٧٣ تهذيب في غريب الحديث لابي المحسن عبد الواحد بن اسمعيل الشافعي ٣٧٤ تهذيب
- في النحو لابي البقاء عبد الله بن حسين العكبري المتوفى سنة ٦١٦ ٣٧٥ تهذيب في الجدل
- للعبى وعليه رد لابي منصور محمد بن محمد الماتريدي للنفى المتوفى سنة ٣٣٣ ٣٧٦ تهذيب
- في شرح الجامع الصغير في الفروع ياتي ٣٧٧ تهذيب للشيخ نصر بن ابراهيم بن نصر المقدسي 5
- الشافعي ٣٧٨ تيننة اهل الاسلام بتجديد بيت الله الحرام للشيخ ابراهيم [بن محمد بن
- عيسى المصرى] الميموني الشافعي المصرى [المتوفى سنة ١٠٧١] مجلد اوله الحمد لله الذى حكم
- بالتغيير على كل مخلوق الخ ذكر انه ألفها لما عمده السبل في شعبان سنة ١٠٣٩ عقود البيت
- الحرام ففسخها ثم جددها السلطان فانزعج الناس بتلك المصيبة فانضم اليه ما روى عن علي
- رضي الله عنه انه قال قال رسول الله صلعم قال الله تعالى اذا اردت ان اخرب الدنيا بدأت 10

- focahá* appellatur. — 3792. *Tehdzib el-wáckiát*, correctio casuum accidentium critica, de partibus juris Hanefitici specialibus, auctore Sheikh *Ahmed Calanisi*. — 3793. *Tehdzib fi gharib el-hadith*, correctio critica de verbis in traditionibus raro obviis, auctore *Abu'lmohsin Abd-el-wáhid Ben Ismail Shafita*. — 3794. *Tehdzib fi el-nahw*, correctio critica de grammatica, auctore *Abu'lbecá Abdallah Ben Hosein Okberi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuo. — 3795. *Tehdzib fi el-jadl*, correctio critica de topica, auctore *Ka'bi*. Refutationem hujus tractatus *Abu Mansur Mohammed Ben Mohammed Materidi* Hanefita, anno 333 (inc. 24. Aug. 944) mortuus, 5 edidit. — 3796. *Tehdzib*, correctio critica. Commentarius operis *El-Jáms' El-Saghr* de partibus juris specialibus, de quo infra videatur. — 3797. *Tehdzib*, correctio critica, auctore Sheikh *Nasr Ben Ibrahim Ben Nasr Mocadesi* Shafita. — 3798. *Tehniyet ahl el-islam*, gratulatio populo islamico de templi Mekkani renovatione facta, auctore Sheikh *Ibrahim [Ben Mohammed Ben Isa Misri] Meimuni Misri* Shafita, [anno 1079 (inc. 1. Jun. 1668) mortuo]. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui mutationem in omnem rem creatam statuit etc. Auctor se id composuisse dicit, cum torrens mense Shabán anni 1039 (inc. 11. Aug. 1629) templi Mekkani fornices everteret et destrueret, et Sultan eos postea restaurari juberet. Homines hoc 10 infortunio in terrorem conjecti vehementius etiam percellerantur, cum teste *Ali* prophetam dixisse audirent: Dicit Deus: Quando mundum devastare voluero, a meo

ببيتى فخرته ثم اخرب الدنيا على اثره فزاد فلهم واضطرابهم فالفه بياناً لما خفى عليهم
 ونصيحاً لهم ورتب على ثلاثة مباحث . ١ . فى الجواب عن أسئلة وهى هل حفظ محل البيت
 من دخول الطوفان ٢ فى ان محل البيت هل خلق قبل السماء والارض أولاً ٣ فى فصل
 الحجر الاسود ٣٧٩١ اننيجان لابن هشام صاحب السير ٣٨٠٠ تيسير التحرير سبق ذكره
 5 ٣٨١ تيسير الحارى فى الفروع يأتي فى الحاء الميملة ٣٨٢ تيسير عصمة الانسان من لحن اللسان
 يأتي فى العين ٣٨٣ تيسير العرف فى علم الحرف لتاج الدين على بن محمد المعروف بابن
 الدريهم الموصلى المتوفى سنة ٧١٣ ٣٨٤ تيسير فاتحة الاناب من تفسير فاتحة الكتاب لمجد
 الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزآبادى المتوفى سنة ٨١٧ اوله الحمد لله الذى جعل
 الحمد مفتتح كلامه الخ ٣٨٥ تيسير الكواكب السماوية لسعد الدولة الشريفة السليمانية
 10 فى فن الميقات تركى لمصطفى بن على المعروف بالموقت بالجامع السليمى كتبه سنة ٩٤٥

templo vastationem incipiam, et post illud mundum e vestigio devastabo. Hinc eorum
 trepidatio et perturbatio augebatur. Scripsit igitur hunc librum, ut, quae iis occulta
 essent, declararet eosque moneret, et in tres disquisitiones disposuit, quarum prima
 responsum quaestionis continet, num locus, ubi templum exstructum est, ab irruente
 diluvio sit custoditus — secunda, num locus templi ante coelum et terram primum
 creatus sit. — Tertia de lapidis nigri praestantia agit. — 3799. El-Tíján, coronae,
 auctore *Ibn Hishám* eodem, qui opus *Siyer* edidit. — 3800. Teisír el-tehrir,
 levamentum operis *Tehrír*, de quo supra videatur. — 3801. Teisír El-Háwi, 5
 levamentum operis *Háwi* de partibus juris specialibus, de quo litera *Há* conferatur. —
 3802. Teisír ismet el-insán, liber, quo homo facilius contra barbariem
 linguae defenditur. Commentarius libri *Ismet el-insán*, de quo litera *Ain* videatur. —
سماه عدى السارى وشهرته وانفاده بما يشتمل عليه من الفوائد الحديثية والنكات الادبية والفوائد الفقهية تغنى عن وصفه سيما وقد امتاز بجمع طرق الحديث التى ربما يتبين من بعضها ترجيح احد الاحتمالات شرحاً واعراباً وطريقته فى الاحاديث المكررة أنه يشرح فى كل موضع ما يتعلّق بمقصد البخارى يذكره فيه ويجعل بباقي شرحه على المكان المشروح فيه وكذا ربما يقع له ترجيح احد الواجه فى الاعراب او غيره من الاحتمالات او الاقوال فى موضع 5 وفى موضع آخر غيره الى غير ذلك مما لا طعن عليه بسببه بل هذا امر لا ينفك عنه من الائمة وكان ابتداء تأليفه فى اوائل سنة ٨٧ على طريف الاملاء بعد ان كملت مقدمته فى مجلد ضخّم فى سنة ٨٣. وسبق منه الوعد للشرح ثم صار يكتب بخطه شيئاً فشيئاً فيكتب الكراس ثم يكتبه جماعة من الائمة المعتمدين ويعارض بالاصل مع المباحثة فى يوم من الاسبوع وذلك بقراءة العلامة ابن حنبل فصار السفر لا يكمل منه الا وقد قوبل وحرر الى ان 10

titulo *Hodá el-sári* insignita, in decem sectiones divisa est. Cum gloria magna floreret, et solus adnotationes contineret scientiae traditionariae utiles, ingeniose dicta philologica et indicia singularia juridica, descriptione accuratiore supersedere possumus. Etenim inprimis insignis est indicata omnium traditionum viarum copia, quarum partem saepe ita exponit, ut inter varias, quae commentatione et flexionum finalium expositione admitti possunt, conjecturas praevalens significetur. Ratio autem, quam in traditionibus repetitis inivit, ea est, ut quovis loco ea tantum explicet, quae consilium spectant, cujus caussa *Bokhári* eas hic commemoravit, et pro reliqua parte 5 explicanda lectorem ad locum relegat, ubi ejus explicatio invenitur. Ita saepe factum est, ut hoc loco inter varias rationes, quas viri docti in explicandis flexionibus finalibus, vel in aliis conjecturis placitis sive dictis secuti sunt, unam praeferret, et alio loco alteram, et quae sunt reliqua eorum, ob quae in vituperium non incidit. Haec potius res est, qua ceteri Imami supersedere non possunt. Incepit autem ejus compositionem initio anni 817 (inc. 23. Mart. 1414) dictando, praefatione in volumine crasso anno 813 (inc. 6. Mai. 1410) absoluta et promisso commentarii componendi antea facto. Tum manu sua unam partem post alteram exarabat, et fasciculum decem foliorum finitum plures Imami spectabiles statim transcribent, et aliquo septimanae 10 die apographa cum archetypo altercatione interposita comparabant, quod lectione doctissimi *Ibn Hadhr* fiebat, ita ut tomus vixdum perfectus simul jam collatus esset

انتهى في أول يوم من رجب سنة ٨٤٢ سوى ما الحقه فيه بعد ذلك فلم ينته الا قبيل وفاته
ولما تم عمل مصنفه وليمة عظيمة لم يتخلف وجوه المسلمين الا نادرا بالمكان المسمى بالتاج
والسبع في يوم السبت ثاني شعبان سنة ٨٤٢ وقرى المجلس الاخير هنا حضرة الائمة كالكاياني
والوفائي والسعد اندبيري وكان المصروف على الوليمة المذكورة نحو خمسمائة دينار فطلبه
5 ملوك الاطراف بالاستكتاب واشترى بنحو ثلثمائة دينار وانتشر في الافاق ومختصر هذا الشرح
للشيخ ابى الفتح محمد بن الحسين المرافى المتوفى سنة ٨٥١ ومن الشروح المشهورة ايضا
شرح العلامة بدر الدين ابى محمد محمود بن احمد العيني الحنفى المتوفى سنة ٨٥٥ وهو
شرح كبير ايضا في عشرة اجزاء وازيد ومما عمدة القارى اوله الحمد لله الذى اوضح وجوه
معالم الدين الخ ذكر فيه انه لما دخل الى البلاد الشماليّة قبل الثمانمئة مستصحباً فيه
10 هذا الكتاب طفر هناك من بعض مشايخه غرائب النوادر المتعلقة بذلك ثم عاد الى مصر
فشرحه وهو بخطه في احد وعشرين مجلدا بمدرسته التى انشأها بحارة كتامة

et recognitus, donec ad finem perveniebatur primo die mensis Rejeb anni 842 (inc. 24. Jun. 1438), exceptis iis, quae postea adjecit, nec nisi paulo ante auctoris mortem finitus est. Quo facto hic epulum magnificentum apparavit, cui perpauci Mohammedanorum spectabilium deerant, loco *El-Taj ue El-Seb'o* appellato die Saturni, qui secundus erat mensis Shabán anni 842 (inc. 24. Jun. 1438). Ultimus autem consessus, quo liber legebatur, ibi coram Inamis tenebatur spectatissimis, ut *Cáyani*, *Wefáyi*, *Sa'd Deiri*, atque in epulum commemoratum quingenti circiter erogabantur nummi aurei. Principes 5 autem variorum tractuum commentarii apographa describenda curabant descriptaque quaerebant. Apographa haec trecentis fere nummis aureis vendebantur, et longe lateque divulgabantur. Epitomen hujus commentarii Sheikh *Abu'fat'h Mohammed Ben-elhosein Merághi*, anno 859 (inc. 22. Dec. 1454) mortuus, edidit. Porro commentarios illustres composuerunt doctissimus *Bedr-ed-din Abu Mohammed Mahmúd Ben Ahmed Aini* Hanefita, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus, cujus commentarius magnus, *Omdet el-cári* inscriptus, pariter decem fasciculos et plures comprehendit, et incipit ita: Laus Deo, qui praeclara religionis signa manifesta reddidit etc. Narrat hic, cum terras septentrionales ingressus esset ante annum 800 (inc. 24. Sept. 1397) 10 illum librum secum portans, ibi se a quodam doctorum suorum adnotationes singulares et raras nactum esse illuc spectantes. Tum in Aegyptum reversus commentarium, qui sua manu scriptus viginti unum volumen explebat, in collegio composuit, quod

بالقرب من الجامع الأزهر وشرح في تأليفه في أواخر شهر رجب سنة ٨١٤هـ وفرغ منه في نصف
 الثالث الأول من جمادى الأولى سنة ٨٤٧هـ واستتمد فيه من فتح الباري بحيث ينقل منه الورقة
 بكاملها وكان يستعيره من البرهان ابن حضر باذن مصنّفه وتعقبه في مواضع وطوّله بما
 تعدد المحافظ ابن حجر حذفه من سيات الحديث بتمامه وافراد كل من تراجم الرواة
 بالكلام وتباين الانساب واللغات والاعراب والمعاني والبيان واستنباط الفوائد من الحديث 5
 والاسئلة والاجوبة وحكى أنّ بعض الفضلاء ذكر لابن حجر ترجيح شرح العيني بما اشتمل
 عليه من البديع وغيره فقال بديهة هذا شيء نقله من شرح لركن الدين وقد كنت وقفت
 عليه قبله ولكن تركت النقل منه لكونه لم يتمّ أنما كتب منه قطعة وحشيت من تعبي بعد
 فراغها في الارسال ولذا لم يتكلم العيني بعد تلك القطعة بشيء من ذلك انتهى فبالجملة فان
 شرحه حافل كامل في معناه لكن لم ينتشر كانتشار فتح الباري من حيوة مؤلفه وعلم جراً 10
 ومنها شرح الشيخ ركن الدين احمد بن محمد [بن عبد المؤمن] القريمي المتوفى سنة ٧٨٣هـ

in vico *Kutámet* prope ad templum primarium *Azhar* exstruxerat. Inceperat autem
 eum ultimis diebus mensis Rejeb anni 821 (inc. 8. Febr. 1418) conscribere, et medio
 primo triente mensis Jomádi primi anni 847 (inc. 1. Mai. 1443) finivit. Ibi commen-
 tarium *Fal'h el-bári* ita expilavit, ut tota folia inde transcriberet. Mutuabat eum a
Borhán-ed-dín Ibn Hadhr permittente auctore, hujusque vitia multis locis insectatus
 est, et opus suum additis iis nimis amplificavit, quae Háfitz *Ibn Hajr* demere sibi
 5 proposuerat, ut est textus traditionum completus, dissertatio separata de singulis
 relatorum vitis, tractatio sejuncta genealogiarum, voces dialectorum, flexiones finales,
 sententiae, doctrina expositionis, adnotationes utiles e traditionibus elicitaе, quaestiones,
 responsa. Virum quendam bene meritum cum *Ibn Hajr* de praemio praestantiae
 commentario *Ainí* eam ob caussam tribuendo locutum esse narrant, quod artem ornate
 dicendi aliasque res contineat. Cui ille ex tempore respondit: Hae sunt res, quas e
 commentario *Rokn-ed-díni* repetiit. Ego vero ante eum hunc librum inspexeram,
 attamen inde assumere omisi, quod eum non ad finem adduxerat. Etenim non nisi
 fragmentum scripsit, hocque absoluto altius spiritum duxi prae defatigatione ob
 ea omnia, quae effuderat; et hanc ob caussam *Aini* post illud fragmentum nihil
 10 amplius illarum rerum commemorat. Haec ille. — Ejus commentarius, ut uno verbo
 dicam, copiosus est et in suo genere perfectus, attamen minime auctore adhuc vivo
 et ad hunc usque diem ita divulgatus est, ut commentarius *Fal'h el-bári* — porro
Sheikh Rokn-ed-dín Ahmed Ben Mohammed [Ben Abd-el-mumin] Ckirimi, anno 783

وهو الذى ذكره ابن حجر فى الجواب عن تفصيل شرح العيني أنفاً وشرح بدر الدين محمد ابن [بهدار بن] عبد الله الزركشى الشافعى المتوفى سنة ٧٩٤ وهو شرح مختصر فى مجلد اوله الحمد لله على ما عمّ بالانعام الخ قصد فيه ايضاح غريبه واعراب غامضه وضبط نسب او اسم يخشى فيه التصحيف منتخباً من الاقوال اصحها ومن المعانى اوضحها مع ايجاز العبارة والرمز 5 بالاشارة والحق فؤاد يكاد يستغنى اللبيب عن الشروح لانّ كثر الحديث ظاهر لا يحتاج الى بيان كذا قال وسماه التنقيح وعليه نكت للحافظ ابن حجر المذكور وهى تعليقة بالقول ولم تكمل وللقاضى محبّ الدين احمد بن نصر الله البغدادي [لخندلي المتوفى سنة ٨٤٤] نكت ايضا على تنقيح الزركشى ومنها شرح العلامة بدر الدين محمد بن ابى بكر الدماميني المتوفى سنة ٨٤٨ وسماه مضاييح للجامع اوله الحمد لله الذى جعل فى خدمة السنة النبوية اعظم سيالة 10 الخ ذكر أنه ألفه للسلطان احمد شاه بن محمد بن مظفر من ملوك الهند وعلقها على ابواب منه

(inc. 28. Mart. 1381) mortuus, qui idem est, quem *Ibn Hajr*, cum de commentario *Ainî* aliis praeferendo responderet, modo laudabat — *Bedr-ed-din Mohammed Ben [Behâdir Ben] Abdallah Zerkeshi* Shafîta, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuus, cujus commentarius brevis uno volumine comprehenditur, et ita incipit: Laus Deo, quod beneficia omnibus promiscue tribuit etc. Rariora libri hic explicare, occulta clare et distincte exponere, et genealogias sive nomina, in quorum lectione errorem timet, accurate describere studet, ita tamen, ut dictorum verissima et sententiarum clarissimas cum delectu excerptat, verborum brevitati serviat, indicia paucis significet 5 adnotationesque utiles adjiciat, et sic ex sententia sua vir quisque cordatus commentariis fere carere possit. Plurimas enim sententias tam claras et manifestas esse, ut expositione iis non opus sit. Ad hunc commentarium *Tenckth* inscriptum *Hâfîtz Ibn Hajr* laudatus adnotationes ingeniosas scripsit, ut ea tantum textus verba adderet, quae explicabat, nec tamen adnotationem hanc absolvit. *Câdhi Mohibb-ed-dîn Ahmed Ben Nasrallah Baghdâdî* [Hanbalita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus], pariter adnotationem subtilem ad *Tenckth Zerkeshî* edidit — doctissimus *Bedr-ed-dîn Mohammed Ben Abi Bekr Demâmîni*, anno 828 (inc. 23. Nov. 1424) mortuus, cujus commentarius, *Mesâbîh El-Jâmi'* inscriptus, ita incipit: Laus Deo, qui in ministerio Sunnae prophetae maximum principatum posuit etc. Auctor narrat, se librum *Sultano Ahmed Shâh Ben Mohammed Ben Motzaffer* regi Indiae composuisse, eumque 10 adnotationem esse voluit ad capita et loca archetypi, quae rariora, flexiones finales

ومواضع تختوى على غريب واعراب وتنبيه [قلت لم يذكر الدماميني في ديياجة شرحه هذا الذى نقله المؤلف قال في آخر نسخة قديمة كان انتهاء هذا التأليف بزهد من بلاد اليمن قبل ظهور يوم الثلاثاء العاشر من ربيع الاول سنة عشرين وثمانمائة على يد مؤلفه محمد بن ابي بكر بن عمر بن بكر أخذوى الدماميني انتهى] وشرح الحافظ جلال الدين عبد الرحمن ابن ابي بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو تعليق لطيف قريب من تنقيح الزركشى سماه 5 التوشيح على جامع الصحيح اوله للحمد لله اجزل امانة الخ وله الترشيح ايضا ولم يتمه وشرح الحافظ زين الدين عبد الرحمن بن احمد بن رجب الحنبلى المتوفى سنة ٧١٥ وهو شرح قطعة من اوله ايضا سماه فتح البارى [قلت وصل الى كتاب الجنائز قاله عقد للجوه المنصد في طبقات متأخرى اصحاب احمد] وشرح الامام محيى الدين يحيى بن شرف النورى المتوفى سنة ٦٧١ وهو شرح قطعة من اوله الى آخر كتاب الايمان ذكر فى شرح مسلم انه جمع له جملا مشتملة 10 على نقائس من انواع العلوم وشرح الحافظ عماد الدين اسمعيل بن عمر ابن كثير الدمشقى المتوفى

et excitationem contineant. [At *Demámíni* in praefatione hujus commentarii ea, quae *Haji Khalfa* ex illa hic refert, non commemorat. In fine exempli veteris haec habet: Absolutum est hoc opus in urbe Yemenensi *Zahd* ante adventum feriae tertiae die decimo mensis Rebi' I. anni 820 (inc. 18. Febr. 1417) manu auctoris *Mohammed Ben Abi Bekr Ben Omar Ben Bekr Mahdzúmi Demámíni*. Haec ille] — Háfitz *Jelál-ed-dín* 5 *Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, cujus adnotatio elegans, *Tewshih ala El-Jámi' El-Sahih* inscripta, praestantia prope ad *Tenckih Zerkeshii* accedit, et ita incipit: Laus Deo, qui in conferenda benevolentia liberalem se praebet etc. Idem commentarium *Tershih* edidit, eum tamen imperfectum reliquit — Háfitz *Zein-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Ben Rejeb Hanbali*, anno 795 (inc. 17. Nov. 1392) mortuus, qui pariter fragmentum tantum ab initio libri explicuit, commentariumque *Fat'h el-bári* inscripsit. [Ad librum *Jenáiz* (de funeribus) pervenit, et adnotationem *Icd el-jewher el-monadhkhet fi tabacút moteakhhirin as'háb Ahmed* appellavit] — Imám *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Sheref Newewi*, anno 676 10 (inc. 4. Jun. 1277) mortuus, cujus commentarius partem ab operis initio ad finem libri *Imán* (de fide) complectitur. In commentario, quem ad *Moslimi* corpus traditionum edidit, se in hunc librum propositiones collegisse dicit, quae pretiosa doctrinarum genera contineant — Háfitz *Imád-ed-dín Ismail Ben Omar Ibn Kethir Dimeshki*,

سنة ٧٧٤ وهو شرح قطعة من اوله ايضا وشرح العلامة سراج الدين عمر بن رسلان البلقيني الشافعي المتوفى سنة ٨٠٥ وهو شرح قطعة من اوله ايضا الى كتاب الايمان في نحو خمسين كراسة وسماه فيص الجارى وشرح العلامة مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ سماه منج البارى بالسنج الفسيح الجارى كمل ربح العبادات منه في عشرين 5 مجلداً وقدر تمامه في اربعين مجلداً ذكر السخاوى في الضوء اللامع ان التقى انفسى قال في ذيل التقييد ان اجدد لم يكن بالماهر في الصناعة الحديثية وله فيما يكتبه من الاسانيد اوهام واما شرحه على البخارى فقد ملاه من غرائب المنقولات سيما من الفتوحات المكية وقال ابن حجر في انباء الغمر لما اشتمر باليمن مقالة ابن العربي ودعى اليها الشيخ اسمعيل الجيرى صار الشيخ يدخل فيه من الفتوحات ما كان سبباً لشين الكتاب عند الطاعنين عنه قال ولم 10 اكن اتيتم بينا لانه كان يحجب المداراة وكان الناشرى يبالغ في الانكار على اسمعيل ولما اجتمعت بالمجد اشترى لي انكار مقالات ابن العربي ورأيتته يصدق بوجود رتن وينكر قول الذهبي

anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuus, qui pariter partem tantum ab initio commentatus est — doctissimus *Siráj-ed-dín Omar Ben Raslán Bolckeini* Shafiíta, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuus, cujus commentarius, *Feidh el-jári* inscriptus, similem partem ab initio ad librum *Imán* (de fide) complectitur, et circiter quinquaginta decem foliorum fasciculos explet — doctissimus *Majd-ed-dín Abu Tahir Mohammed Ben Yacúb Firuzábadi Shirázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuus, qui commentarium *Manh el-bári bi'lsonh el-fesh el-mojári* inscripsit. Quartam tantum sectionis de cultus divini officii partem in viginti voluminibus absolvit, totum autem opus quadraginta volumina explesset. *Sekháwi* in *El-Dhu El-Lámí Tacki-ed-dinum Fási* in appendice ad *El-Tecyid* dixisse narrat, *Majd-ed-dín* non ita in arte traditionaria versatum esse, et in parte, ubi de auctoritatibus scripserit, in errores incidisse. Commentarium autem ad *Bokhári* miris et singularibus locis aliunde, praesertim e *Fotúhát Mekkiyet* assumtis implevit. *Ibn Hajr* in *Inbá el-ghomr*: Cum, inquit, in *Yennana* tractatus *Ibn-el-arabí* innotuisset, et *Sheikh Ismail Jebreti* ad eum legendum invitaret, hic doctor ei multa e *Fotúhát* ingesserat, quae efficiebant, ut liber apud obrectatores ignominia notaretur. Adjungit et haec: Eum, inquit, de hac re suspectum 10 non habui, cum fraudem bene tegetet. *Náshiri* autem vehementissime *Ismáilem* improbabat, et cum *Majd-ed-dín* convenirem, dicta *Ibn-el-arabí* se aegre ferre mihi monstravit, eumque verum dicere de mixtione obvia inveni. *Dzehebi*um quoque

في الميزان أنه لا وجود له وذكر انه دخل قريته ورأى ذريته وهم مطبقون على تصديقه انتهى
 وذكر ابن حجر انه رأى القطعة التي كملت في حياة مؤلفه قد اكلتها الارضه بكما لها بحيث
 لا يقدر على قراءة شيء منها وشرح الامام ابى الفضل [محمد الكمال بن محمد بن احمد]
 النويرى خطيب مكة [المتوفى سنة ٨٧٣] وهو شرح مواضع منه وشرح العلامة ابى عبد الله
 محمد بن احمد بن مرزوق التلمسانى المالكى شارح البردة المتوفى سنة ٨٤٣ وسماه المتجر 5
 الريح والمسى الرجيج ولم يكمل ايضا وشرح العارف القدوة عبد الله بن سعد بن ابى جبره
 [بالجيم] الاندلسى وهو على ما اختصره من البخارى [وهو خمسمائة حديث] وسماه بيحة
 النفوس وغايتها بمعرفة ما لها وما عليها وشرح برهان الدين ابراهيم النعمانى الى اثناء الصلوة
 ولم يف بما التزمه وشرح الشيخ ابى البقاء محمد بن على بن خلف الاحمدى [المصرى]
 الشافعى نزيل المدينة وهو شرح كبير ممزوج وكان ابتداء تأليفه في شعبان سنة ٩٠٩ اوله الحمد 10
 لله واجب الوجود الخ ذكر انه جعله كالوسيط يرزخا بين الوجيز والبسيط ملخصا من

improbavit, quod in opere *Mizán el-itidál* mixtionem illam exstare negaverat. Narrat
 etiam se ejus urbem intrasse, stirpemque gentis summo consensu ejus veracitatem prae-
 dicantes vidisse. Haec ille. Deinde *Ibn Hajr* se partem conspexisse dicit auctore
 adhuc vivo absolutam, quam totam tinea rosisset, ut ne minima quidem ejus portio
 legi posset — Imám *Abu'fadhí* [*Mohammed Kemál-ed-dín Ben Mohammed Ben*
Ahmed] *Noweiri* Mekkae Conçionator, [anno 873 (inc. 22. Jul. 1468) mortuus],
 cujus commentarius nonnullos tantum ejus locos tractat — doctissimus *Abu Abdallah*
Mohammed Ben Ahmed Ben Merzúc Tilimsáni Malikita, carminis *Borda* interpres
 5 anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus, qui commentarium *El-Muttejir El-Rebih we*
El-Mos'i El-Rejih inscripsit, nec tamen eum absolvit — vir gnarus et recti exempli
Abdallah Ben Sa'd Ben Abi Jamra Andalusi, cujus commentarius ea complectitur,
 quae e *Bokhári* excerpserit, [sunt autem quingentae traditiones], et *Behjet el-nofús we*
ghayátoha bi ma'rifet ma lehú we ma aleiha appellavit — *Borhán-ed-dín Ibrahim*
No'máni, qui ad medium librum precationis progressus est, nec officium explevit, quo se
 obstrixerat — *Sheikh Abu'lbecká Mohammed Ben Ali Ben Khalaf Ahmedi* [*Misri*]
 10 *Shafíita* Medinae inquilinus, cujus commentarius magnus est, textumque admixtum
 habet, et ita incipit: Laus Deo necessario existenti etc. Auctor eum mense Sha'bán
 anni 909 (inc. 26. Jun. 1503) componere incepit, et se eum ad instar operis *Wesit*
 medium esse voluisse narrat inter *El-Wejiz* et *El-Besit* eo, quod e commentariis

شروح المتأخرين كالكرمانى وابن حنبل والعيثى وشرح جلال الدين البكرى الفقيه الشافعى المتوفى سنة وشرح الشيخ شمس الدين محمد بن محمد الدلجى الشافعى المتوفى سنة [١٥٠] كتب قطعة منه وشرح العلامة زين الدين عبد الرحيم بن عبد الرحمن بن احمد العباسى الشافعى المتوفى سنة ٩١٣ رتبته على ترتيب عجيب واسلوب غريب فوضعه كما قال فى ديوانته 5 على منوال مصنف ابن الاثير وبناه على مثال جامعه وجرده من الاسانيد راقما على هامشه بازاء كل حديث حرفاً او حرفاً يعلم بها من وافق البخارى على اخراج ذلك للحديث من اصحاب الكتب الخمسة جاعلاً اثر كل كتاب منه باباً لشرح غريبه واضعاً للكلمات العربية بيئتها على هامش الكتاب موازياً لشرحها وقرظ له عليه البرهان بن ابي شريف وعبد البر ابن شحنة والرصى الغزوى وترجمان التراجم لابي عبد الله محمد بن عمر بن رشيد الفيرى السبتي المتوفى 10 سنة ٧١١ وهو على ابواب الكتاب ولم يكمله وحل اعتراضات البخارى المبيته فى الجمع بين الحديث والترجمة وفى مائة ترجمة للفقيه ابي عبد الله محمد بن منصور بن حمامة المغراوى

recentiorum, ut *Kermanî*, *Ibn Hajri*, *Ainî*, potiora excerptisset — *Jelâl-ed-dîn Bekri* Jurisconsultus Shafiticus, anno ... mortuus — *Sheikh Shems-ed-dîn Mohammed Ben Mohammed Deleji* Shafiita, anno [950 (inc. 6. Apr. 1543)] mortuus, partem tantum commentarii scriptam reliquit — doctissimus *Zein-ed-dîn Abd-el-rehim Ben Abd-el-rahman Ben Ahmed Abbâsi* Shafiita, anno 963 (inc. 16. Nov. 1555) mortuus, qui commentarium secundum miram dispositionem et rationem singularem digessit. Ut enim in praefatione ornatiori dicit, eum ad exemplar operis *Ibn-el-athîri* instituit, 5 illius libri *Jâmi'* descriptionem fundamentum sui commentarii fecit, auctoritatibus eum nudavit, ad marginem e regione singularum traditionum literam sive literas notavit, quibus ii significantur, qui in his traditionibus ex quinque corporum traditionum auctoribus eliciendis cum *Bokhârî* consentiunt, cuius *Bokhârî* libro caput in fine subiecit, in quo res ejus singulares commentatus est, et verba arabica forma propria ad marginem libri e regione eorum explicationis posuit; quapropter *Borhân-ed-dîn Ben Abi Sherif*, *Abd-el-berr Ibn Shehneh*, *Redhî-ed-dîn Ghazzi* laudibus eum praedicarunt — *Abu Abdallah Mohammed Ben Omar Ben Reshîd Fihri Sebtî*, anno 721 (inc. 31. Jan. 1321) mortuus, „Interpretem inscriptionum (*Terjomân el-terâjim*)“ 10 edidit, quem ad libri capita disposuit, nec tamen absolvit. Dubia obscura, quibus *Bokhârî* in traditionibus cum inscriptionibus, quarum centum sunt, conciliandis sibi contradicere videtur, *Abu Abdallah Mohammed Ben Mansûr Ben Hemâma Maghrâvi*

السجل ماسى المتوفى سنة وانتقاص الاعتراض لشيخ الكلام الحافظ ابن حجر المذكور سابقاً بحث فيه عما اعترض عليه العيني في شرحه لكنه لم يجب عن اكثرها ولكن كان يكتب الاعتراضات ويبينها ليحجيب عنها فاحترمه المنية اوله اللهم انى احمدك الخ ذكر فيه أنه لما اكمل شرحه كثر الرغبات فيه من ملوك الاطراف فاستنسخت نسخة لصاحب المغرب ابى فارس عبد العزيز وصاحب المشرق شاعر الخ والملوك الشاعر فحسده العيني وادى الفضيحة عليه 5 فكتب في رده وبين غلطه في شرحه واجاب بمرزح وع الى الفتح واحمد والعيني والمعترض وله ايضا الاستبصار على الطاعن المعتار وهو صورة فتيا عما وقع في خطبة شرح البخارى للعيني وله الاعلام بمن ذكر في البخارى من الاعلام ذكر فيه احوال الرجال المذكورين فيه زيادة على ما في تهذيب الكمال وله ايضا تعليق التعليق ذكر فيه تعاليف احاديث الجامع المرفوعة وآثاره الموقوفة والمتابعات ومن وصلها باسانيدها الى الموضع المعلق وهو كتاب حافل 10

Sijilmási Jurisconsultus, anno ... mortuus, in libro *Hall itirádhat El-Bokhári* explicare studet. Háfitz *Ibn Hajr* doctor metaphysicae modo laudatus librum *Inticádih el-itirádih* edidit, in quo de iis quaerit, quae *Aini* in commentario *Bokhári* opposuerat, eaque dissolvere studet, attamen ad maximam eorum partem non respondet. At ea, quae ille opposuerat, e commentario excerpebat et nitidius exscribebat, ut refutaret, morte autem interceptus est. Incipit ita: O Deus, ego te laudo etc., et auctor, commentarium quum absolvisset, multos eum provinciarum principes exoptasse narrat. Hinc factum 5 est, ut exempla principi Occidentis *Abu Fáris Abd-el-azíz* et principi Orientis *Sháhrokht* et regi *Tzáhir* describerentur, quod *Aini* ei invidit, et contra illum sibi priores arrogavit. Itaque ad eum confutandum demonstrandosque errores in commentario obvios scripsit, et siglis *Ha* et *Ain* de opere *Fal'h Ahmedeque* et de *Aini* opereque *Moteridh* respondit. Idem tractatum *Istibsár ala el-táin el-mithár*, qui responsum juridicum de iis continet, quae in praefatione commentarii ab *Aini* in *Bokhári* editi leguntur, et Notitiam (*Ulam*) antesignanorum edidit, qui in *Bokhári* commemorantur. Describit hic traditionariorum in eo laudatorum conditionem supplementi loco ad ea, quae in *Tehdzib el-kemál* leguntur. Denique *Ta'lic el-ta'lic* composuit, in quo 10 traditiones corporis *Jámi'* ommissa hac et illa prima auctoritate ita allatae, ut ab ipso prophetae socio haud semper proximum testimonium interponeretur, et effata tradita in sociis subsistentia, et quae ab uno tantum relata esse perperam credebantur,

عظيم النفع في بابه لم يسبقه اليه احد وتخصه في مقدمة الفتح فحذف الاسانيد ذاكراً من خروجه موصولاً وقرظ له عليه العلامة المجد صاحب القاموس قيل هو اول تأليفه اوله الحمد لله الذي من تعلق اسباب طاعته فقد اسند امره الى العظيم الخ قال تأملت ما يحتاج اليه طالب العلم من شرح البخارى فوجدته ثلاثه اقسام \bar{A} في شرح غريب الفاظه وضبطها 5 واعرابها \bar{B} في صفة احاديثه وتناسب ابوابها \bar{C} وصل الاحاديث المرغوبة والآثار الموقوفة المعلقة وما اشبه ذلك من قوله تابعه فلان ورواه فلان فبان لي ان الحاجة الى وصل المنقطع مائة فجمعت وسميته تعليق التعليق لان اسانيدته كانت كالابواب المفتوحة فغلقت انتهت وفرغ من تأليفه سنة ٨٠٧ لكن قال في انتقاضه انه كمل سنة ٨٠٤ ولعل ذلك تأريخ التسويد ومن شرح البخارى شرح الفاضل شهاب الدين احمد بن محمد الخطيب القسطلاني المصرى الشافى

et ii commemorantur, qui traditiones cum auctoritatibus ad locum perducunt, ubi proximus testis excidit. Liber est copiosus et magnae in suo genere utilitatis, cui nullus alius praefendus est. Potiora ejus in praefatione commentarii *El-Fat'h* omissis auctoritatibus excerpit, et eos tantum laudat, qui traditiones ita eliciunt, ut ad auctorem proximum perducantur. Hujus operis causa laudibus auctorem doctissimus *Majd-ed-din Camúsi* auctor effert. Primum autem ejus opus esse dicitur, et incipit ita: Laus Deo, qui ei, qui causas obedientiae suae suspendit, nec rem suam nisi ad Supremum retulit etc. Consideravi, inquit, ea, quae in libro *Bokhárí* studioso scientiae necessario interpretanda sunt, eaque in tribus generibus constare inveni — in com- 5 mentatione verborum rariorum, eorum orthographia et flexione finali — in traditionum qualitate et earum capitum proportione — in junctura traditionum a sociis prophetae relatarum et effatorum, quorum auctoritas omisso hoc et illo primo teste in prophetae sociis subsistit, et quae similia sunt ex iis, quae dicit: „Quidam hanc traditionem, quae ab uno tantum relata esse credebatur, pariter refert,“ et „Quidam eam refert.“ Praeterea mihi junctura continuae traditorum seriei hoc vel illo traditore omisso intercisae grave negotium esse apparuit. Itaque librum collegi, illumque *Ta'lic el-ta'lic* (i. e. porta clausa traditionum hac et illa prima auctoritate omissa relatarum) inscripsi; traditionum enim auctoritates portis apertis similes sunt, quae clauduntur. Haec ille. Tractatum anno 807 (inc. 10. Jul. 1404) absolvit; attamen in suo *Inticúdh* se eum anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) confecisse dicit, nisi fortasse eum hoc anno primis literis consignavit. In interpretibus *Bokhárí* numeratur etiam bene meritus *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Mohammed El-Khatib El-Casteláni Misri* Shafíta, libri

صاحب المواهب اللدنية المتوفى سنة 923 وهو شرح كبير ممزوج في نحو عشرة أسفار كبار اوله الحمد لله الذي شرح بعارف عوارف السنة النبوية الخ قال فيه بعد مدح الفن والكتاب طال ما خطر لي ان اعلق عليه شرحا امرجه فيه مزجا اميز فيه الاصل من الشرح بالحكمة ليكون كاشفا بعض اسراره مدرگا بالمحة موضعا مشكله مفيدا مهمله وافيًا بتعليق تعليقه كافيًا في ارشاد السارى الى طريق تحقيقه فشرت ذيل العزم وأتيت بيوت التصنيف من ابوابها 5 واطلقت لسان القلم بعبارات صريحة تحصنتها من كلام الكبراء ولم اتخاش من الاعداء في الافادة عند الحاجة الى البيان ولا في ضبط الواضح عند علماء هذا الشأن قصد النفع للخاص والعام فدونت شرحا اشرفت عليه من شرفات هذا للجامع مع اضواء نوره اللامع واختفت منه كواكب الدرارى وكيف لا وقد فاض عليه النور من فتح البارى انتهى اراد بذلك ان شرح ابن حجر مندرج فيه وسماه ارشاد السارى وذكر فيه مقدمته فصلا هي لفروع قواعد هذا 10

El-Mewâhib El-Ladoniyet auctor anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuus, cujus commentarius magnus circiter decem tomos amplios complectitur, textum admixtum habet, et ita incipit: Laus Deo, qui cognitionibus eorum, qui Sunnam propheticam probe tenent, commentatur etc. Auctor ibi laudatis scientiae genere et libro: Longum est, inquit, ex quo mihi ad *Bokhâri* commentarium conscribere in animum induxi, cui textum admiscerem, in quo archetypum a commentario atramento rubro distinguerem, ut arcana nonnulla detegerem, res levi uno intuitu attingerem, difficultates illustrarem, inusitata 5 accuratius significarem, traditiones hac illa prima auctoritate ommissa relatas ad fidem rei exprimerem, et viam aperirem eum perfecte ducentem, qui *Sahih* diligenter cognoscere studeret. Syrma firmi propositi sustuli, domus compositionis per justas portas intravi, apice calami dictiones distinctas libere expressi, quas potioem partem e sermone magnorum virorum excerpsti, nec alienus fui a repetitione in sensu plene efferendo, cum clariore expositione opus esset, nec in rebus distinctis, quae apud viros hujus scientiae gnaros leguntur, firmiter mandandis, utilitatem peculiarem et communem spectans. Commentarium igitur composui, super quem ab hujus Mesquitae (*Jâ'mi*) pinnis luminis ejus fulgentis splendor nitorem diffundunt, et prae quo stellae lucentes latent. Et quidni? Lumen enim e commentario *Fat'h el-bâri* super eum se 10 effudit. Haec ille, quibus nihil aliud significare voluit, nisi commentarium *Ibn Hajri* suo ingestum esse, quem *Irshâd el-sâri* inscripsit. Commemorat ibi etiam illius praefationem

الشرح اصول وقد لخصت ما فيها من اوصاف كتاب البخارى وشروحه الى هنا مع ضم
 ضميته في جيد كل شرح كالتميمة وذلك مبلغه من العلم ولكن للبخارى متعلقات اخرى
 اوردها تبييناً لما ذكره وتنبياً على ما فات عنه او اهمله وله اسئلة على البخارى الى اثناء
 الصلوة وله تحفة السامع والفقارى بختم صحيح البخارى ذكره السخاوى في الضوء اللامع ومن
 5 شروح البخارى شرح الامام رضى الدين حسن بن محمد الصغانى الحنفى صاحب المشارى
 المتوفى سنة ٩٥٠ وهو مختصر في مجلد وشرح الامام عفيف الدين سعيد بن مسعود الكازرونى
 الذى ترق منه في شهر ربيع الاول سنة ٧٦١ بمدينة شيراز وشرح المولى الفاضل احمد بن
 اسمعيل بن محمد الكوراني الحنفى المتوفى سنة ٨٩٣ وهو شرح متوسط اوله الحمد لله الذى
 اوقد من مشكاة الشهادة الخ وسماه الكوثر التجارى على رياض البخارى رد في كثير من
 10 المواضع على الكرمانى وابن حجر وبين مشكل اللغات وضبط اسماء الرواة في موضع
 الالتباس وذكر قبل الشروع سيرة النبى صلعم اجمالاً ومناقب المصنف وتصنيفه

per sectiones, quibus tanquam principiis partes regularum hujus commentarii primariarum
 speciales nituntur, et qualitates libri *Bokhârî*, quae in illa consignantur, et commentarios
 ad hoc usque tempus editos potiore partem ita excerpseri, ut nonnulla adderem, quae
 in quovis commentario praestante optimum quasi sunt praesidium. Hoc est summum
 commentarii fastigium, quod e scientia consecutus est. Attamen alia etiam *Bokhârîo*
 sunt glossarum corpora, quae non nisi ad complenda ea protulimus, quae commemorat,
 et ad ea demonstranda, quae illum effugerant aut quae omiserat. Idem Quaestiones
 ad *Bokhârî* usque ad medium librum de precatatione edidit, et tractatum *Tohfet el-sâmi* 5
we el-cârî (Coronis *Sahîhi Bokhârîci* audienti et legenti dono oblata), quem *Sekhâvi*
 in *El-Dhu El-Lâmi* laudat — porro *Imâm Redht-ed-dîn Hasan Ben Mohammed*
Saghâni Hanefita, auctor operis *Meshâric* anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortuus,
 cujus commentarius contractus est, et unum tantum volumen comprehendit — *Imâm*
Afif-ed-dîn Saïd Ben Mes'ûd Kazerûni, qui commentarium in urbe Shirâz mense
 Rebi' I. anni 766 (inc. 28. Sept. 1364) absolvit — *Molla* bene meritis *Ahmed Ben*
Ismâil Ben Mohammed Kurâni Hanefita, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, cujus
 commentarius medii ambitus est, et ita incipit: Laus Deo, qui e fenestella testimonii
 accendit etc. Inscriptus est *El-Kewther El-Jârî ala Riyâdh El-Bokhârî*, ibique 10
 auctor multis locis *Kermâni*um et *Ibn Hajr* refutat, difficultates dictionum e dialectis
 sumtarum explicat, nomina relatorum, ubi dubitari poterat, vocalibus convenientibus
 consignat, et antequam rem ipsam aggreditur, vitam prophetae summatim, egregiasque

- وفرح عنه في جمادى الأولى سنة ٨٧٤ بادرته وشرح الامام زين الدين ابى محمد عبد الرحمن ابن ابى بكر ابن العيى الحنفى المتوفى سنة ٨١٣ وهو في ثلاث مجلدات كتب الصحيح على عامشه وشرح ابى ذر احمد بن ابراهيم ابن السبط الحلبي المتوفى سنة ٨٤٤ تحفة من شروح ابن حجر والكرمانى والبرماوى وسماه التوضيح للاوعام الواقعة في الصحيح وشرح الامام فخر الاسلام على بن محمد البيزدوى الحنفى المتوفى سنة ٤٨٢ وهو شرح مختصر وشرح الامام نجم 5 الدين ابى حفص عمر بن محمد النسفى الحنفى المتوفى سنة ٥٣٧ سماه كتاب النجاج في شرح كتاب اخبار الصحاح ذكر في اوله اسانيداه عن خمسين طريقاً الى المصنف وشرح الشيخ جمال الدين محمد بن عبد الله بن مالك النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ وهو شرح لمشكل اعرابه سماه شواهد التوضيح والتصحيح لمشكلات الجامع الصحيح وشرح القاضى مجد الدين اسمعيل ابن ابراهيم البلبيسى المتوفى سنة ٨٠٠ وشرح القاضى زين الدين عبد الرحيم بن الركن احمد 10 المتوفى سنة ٨٩٤ وشرح غريبه لابي الحسن محمد بن احمد الجبائى النحوى المتوفى سنة ٥٤٠

- auctoris et ejus operis virtutes laudat. Librum Adrianopoli mense Jomádi I. anni 874 (inc. 11. Jul. 1469) absolvit — *Imám Zein-ed-dín Abu Mohammed Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Ibn-elaini* Hanefita; anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, cujus commentarius tria volumina complectitur, et librum *Sahih* margini adscriptum habet — *Abu Dzarr Ahmed Ben Ibrahim Ibn-elsibt Halebi*, anno 884 (inc. 25. Mart. 1479) mortuus, qui e commentariis *Ibn Hajri*, *Kermánú* et *Bermáwú* suum potiore partem excerpfit, 5 eumque *El-Taudhík lil ewhám el-wáckiat fi El-Sahih* appellavit — *Imám Fakhr-el-islám Ali Ben Mohammed Pezdewi* Hanefita, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortuus, cujus commentarius inter contractiores est — *Imám Nejm-ed-dín Abu Hafis Omar Ben Mohammed Nesefti* Hanefita, anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuus, qui commentarium *Kitáb el-nejúh fi sharh kitáb akhbár el-sahháh* inscripsit, et ab initio libri auctoritates quinquaginta variis viis usque ad auctorem relatas commemorat — *Sheikh Jemál-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Ben Málík* Grammaticus, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuus, cujus commentarius *Shewáhíd el-taudhík we el-tes'hík li mushkilát El-Jámi' El-Sahih* inscriptus de difficultatibus agit in flexionibus finalibus obviis — *Cádhi* 10 *Majd-ed-dín Ismail Ben Ibrahim Bolbeisi*, anno 810 (inc. 8. Jun. 1407) mortuus — *Cádhi Zein-ed-dín Abd-el-rehím Ben-elrokn Ahmed*, anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) mortuus — *Abu'lhasan Mohammed Ben Ahmed Jajyáni* Grammaticus, anno 540 (inc.

وشرح القاضي ابى بكر محمد بن عبد الله ابن العربى المالكى لحافظ المتوفى [بفاس] سنة ٥٢٣ هـ
 وشرح الشيخ شهاب الدين احمد بن رسلان المقدسى الرملى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٤ هـ وهو فى
 ثلاث مجلّدات وشرح الامام عبد الرحمن الاحمد اليمىسمى المسمى بمصباح القارى وشرح الامام
 قوام السنة ابى القاسم اسمعيل بن محمد الاصمغينى الحافظ المتوفى سنة ٥٣٥ هـ ومن التعليقات على
 5 بعض مواضع من البخارى تعليقة المولى لطف الله بن الحسن التوفى المتوفى سنة ٩٠٠ هـ وعلى
 اوله وتعليقة العلامة شمس الدين احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٢٠ هـ وتعليقة
 المولى فضيل بن على الجمالى المتوفى سنة ٩١١ هـ وتعليقة مصلح الدين مصطفى بن شعبان
 السرورى المتوفى سنة ٩١١ هـ وحى كبيرة ابى قريب من النصف وتعليقة مولانا حسين الكفوى المتوفى
 سنة ١٠١٢ هـ ولكتاب البخارى مختصرات غير ما ذكر منها مختصر الشيخ الامام جمال الدين ابى
 10 انعباس احمد بن عمر الانصارى القرطى المتوفى سنة ٩٥٦ هـ بالاسكندرية اوله الحمد لله الذى خص
 اجل السنة بالتوفيق الخ ومختصر الشيخ الامام زين الدين ابى العباس احمد بن احمد بن

24. Jun. 1145) mortuus, cujus commentarius rariora tantum libri tractat — Cádhi
Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Ibn-elarabi Malikita Háfitz, [Fessae] anno 543
 (inc. 22. Mai. 1148) mortuus — *Sheikh Sheháb-ed-dín Ahmed Ben Raslán Mocaddesi*
Ramli Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, cujus commentarius e tribus
 voluminibus constat — *Imám Abd-el-rahman Ahdal Yemeni*, vulgo *Misbáh el-cári*
 dictus — *Imám Ckiwám-elsonnet Abu'lcásim Ismail Ben Mohammed Isfaháni* Háfitz,
 anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuus. — Adnotationes ad nonnullos tantum *Bokhárii* 5
 locos ediderunt *Molla Lutfallah Ben-elhasan Tocáti*, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494)
 interfectus, cujus adnotatio initium tractat — doctissimus *Shems-ed-dín Ahmed Ben*
Soleimán Ibn Kemálpasha, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus — *Molla Fodheil*
Ben Ali Jemáli, anno 991 (inc. 15. Jan. 1583) mortuus — *Moslih-ed-dín Mustafa*
Ben Sha'bán Sorúri, anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus, cujus adnotatio opus
 satis magnum est et ad mediam prope libri partem progreditur — *Molla noster Hosein*
Kefewi, anno 1012 (inc. 1. Jun. 1603) mortuus. — Epitomas libri *Bokhárii* praeter
 eas, quae jam laudatae sunt, confecerunt *Sheikh et Imám Jemál-ed-dín Abu'labbás* 10
Ahmed Ben Omar Ansári Cortubi, Alexandriae anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus,
 cujus epitome ita incipit: Laus Deo, qui Sunnitas auxilio propitio peculiariter
 ornavit etc. — *Sheikh et Imám Zein-ed-dín Abu'labbás Ahmed Ben Ahmed Ben*

عبد اللطيف الشرجي الزبيدي المتوفى سنة ٨١٣ هـ جرد فيه احاديثه وسماه تجريد الصريح لاحاديث الجامع الصحيح اوله الحمد لله البارئ المصور الخ حذف فيه ما تكرر وجمع ما تفرق في الابواب لان الانسان اذا اراد ان ينظر الحديث في اى باب لا يكاد يتندى اليه الا بعد جهد ومقصود المصنف بذلك كثرة طرق الحديث وشيخته قال النووي في مقدمة شرح مسلم ان البخارى ذكر الوجوه في ابواب متباعدة وكثير منها يذكره في غير بابه الذى يسمى 5 اليه الفهم انه اولى به فيصعب على الطالب جمع طرقه قال وقد رأيت جماعة من الحفاظ المتأخرين غلطوا في مثل هذا فنقلوا في رواية البخارى احاديث هي موجودة في صححه انتهى تجرده من غير تكرار محذوف الاسانيد ولم يذكر الا ما كان مسندا متصلا ودرغ في شعبان سنة ٨١٩ هـ ومختصر الشيخ بدر الدين حسن بن عمر بن حبيب الحلبي المتوفى سنة ٧٧١ هـ وسماه ارشاد السامع والقارى المنتقى من صحيح البخارى ومن الكتب المصنفة على صحيح البخارى الاقنم 10 بما وقع في البخارى من الايام لجلال الدين عبد الرحمن بن عمر البلقيني المتوفى سنة ٨٣٤ هـ

Abd-el-latif Sherji Zobeidi, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, qui traditiones auctoritatibus privavit, epitomenque ita incipientem: Laus Deo creatori, formatori etc., mense Sha'bân anni 889 (inc. 30. Jan. 1484) absolvit, et *Tejrid el-sarih li ahâdith El-Jâmi' El-Sahîh* inscripsit. Omnia amputavit, quae repetita erant, et quae in capitibus dissipata erant, collegit, cum studiosus, quando traditionem, in qualicumque sit capite, inspicere vult, fere ad eam non nisi molesto labore perveniat; *Bokhârî* autem hac ratione multitudinem auctoritatum unius ejusdemque traditionis, et quam latissime inclaruerit, significare voluisse. *Newewi* in praefatione commentarii ad *Moslim* haec adjicit: *Bokhârî*, inquit, in capitibus longius inter se remotis varias 5 ejusdem traditionis facies affert, earumque magnam partem non suo capite commemorat, quod iis aptius esse intellectus cogitatione praecipiat, ut quaerenti varias earum vias colligere molestum sit. Multos, inquit, vidi inter viros seriores rei traditionariae gnaros, qui in ejusmodi rebus errabant, ut traditiones, quae in *Sahîh* inveniuntur, a *Bokhârî* relatas esse negarent. Haec ille. — Nudavit autem *Sahîh* ita, ut ea, quae auctoritatibus privata erant, non repeteret, nec nisi eas traditiones afferret, quae continua relatorum serie ad *Muhammed* ut auctorem revocandae erant — *Sheikh Bedr-ed-din Hasan Ben Omar Ben Hebib Halebi*, anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) 10 mortuus, qui epitomen *Irshâd el-sâmi' we el-cârî el-munteca min Sahîh El-Bokhârî* inscripsit. — Praeterea opera ad *Sahîh Bokhârî* conscripserunt *Jelâl-ed-din Abd-el-rahman Ben Omar Bolckeini*, anno 824 (inc. 6. Jan. 1421) mortuus, qui suum

اوله الحمد لله العالم بغوامض الامور الخ فرغ منه في صفر سنة ٤٣٣ واسماء رجاله للشيخ
 الامام ابى نصر احمد بن محمد بن الحسين الكلابادى المتوفى سنة [٣٦٨] والقاضى ابى الوليد
 سليمان [بن خلف] الباجى المتوفى سنة ٤٧٤ كتاب التعديل والتجريح لرجال البخارى وجرّد
 الشيخ قطب الدين محمد بن محمد لليصرى الدمشقى الشافعى المتوفى سنة ٤١٤ من فتح
 5 البارى اسئلة مع الاجوبة وسماه المنهل الجارى وجرّد الحافظ ابن حجر التفسير من البخارى
 على ترتيب السور وله التشويق ابى وصل التعليق ٣٦١ جامع الصحيح للامام الحافظ ابى
 الحسين مسلم بن الحجاج القشيري النيسابورى الشافعى المتوفى سنة ٢٦١ وهو الثانى من الكتب
 الستة واحد الصحيحين الذين هما اصحّ الكتب بعد كتاب الله العزيز والاختلاف في تفصيل
 احدهما على الآخر قد ذكرناه وذكرنا طرفاً من اوصاف هذا الكتاب عند ذكر صحيح البخارى
 10 فلا نعيده وذكر الامام النووى في اول شرحه ان ابا الحسين بن على النيسابورى شيخ الحاكم
 قال ما تحت اديم السماء اصحّ من كتاب مسلم ووافقه بعض شيوخ المغرب وعن النسائى قال

Ihām de nominibus incertis, quae in *Bokhāri* occurrunt, mense Safer anni 822 (inc. 28. Jan. 1419) absolvit et ita incipit: Laus Deo, quī secreta rerum cognoscit etc. — Sheikh et Imām *Abu Nasr Ahmed Ben Mohammed Ben-elhosein Kelābādī*, anno [398 (inc. 17. Sept. 1017)] mortuus, qui de nominibus traditionariorum scripsit — Cādhi *Abu'lwelid Soleimān [Ben Khalaf] Bāji*, anno 474 (inc. 11. Jun. 1081) mortuus, qui librum *El-Ta'dil we El-Tejrih* de justa aestimatione traditionariorum a *Bokhāri* laudatorum edidit — Sheikh *Cotb-ed-din Mohammed Ben Mohammed Heidheri Dimeshcki* Shafiita, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuus, qui in opere *El-Menhel 5 El-Jāri* quaestiones cum responsis e commentario *Fat'h el-bāri* extraxit — et Hāfitz *Ibn Hajr*, qui quae ad explicandum Coranum faciebant, secundum ordinem Suratarum excerpit. Idem opus *El-Teshwic ila wasl el-ta'lic* edidit. — 3909. *Jāmi' el-sahīh*, corpus traditionum probarum, auctore Imām Hāfitz *Abu'lhosein Moslim Ben-elhejjāj Cosheiri Nisabūri* Shafiita, anno 261 (inc. 16. Oct. 874) mortuo. Hoc secundum est sex operum de re traditionaria canonicorum, et alterum de duobus *Sahīh*, quae post augustum Dei librum omnium aliorum verissima sunt. De diversis opinionibus, utrum praefendum sit, supra jam locuti sumus; nonnulla etiam, cum de *Sahīh Bokhāri* disputaremus, de hujus libri qualitatibus diximus, nec ea repetere placet. Imām 10 *Newewi* ab initio commentarii *Abu'lhoseinum Ben Ali Nisabūri Hākimi* doctorem dixisse narrat, sub toto coelo librum veriore non esse opere *Sahīh Moslimi*, qua in re Sheikh quidam Mauritaniae cum eo consentiunt. *Nesūyi* contra nullum hujus

ما في هذه الكتب اجود من كتاب البخارى قال النووى وقد انفرد مسلم بقاءة حسنة وفي كونه اسهل متناولاً من حيث انه جعل لكل حديث موضعاً واحداً يلىق به جمع فيه طرقه التى ارتضاعا واورد فيه اسانيده المتعددة والفاظه المختلفة فيسئل على الطالب النظر في وجوهها واستثمارها ويحصل له الثقة بتجميع ما اورده مسلم من طرقه بخلاف البخارى ومن مكى بن عيدان قال سمعت مسلماً يقول لو ان اهل الحديث يكتبون ما أتى سنة الحديث فمدارم 5 على هذا المسند يعنى صحيحه وقال صنف هذا المسند من ثلاثمائة الف حديث مسبوقة قال ابن الصلاح شرط مسلم في صحيحه ان يكون الحديث متصل الاسناد بنقل الثقة عن الثقة من اوله الى منتهاه سالها من الشذوذ والعلّة قال وهذا حدّ الصحيح وكم من حديث صحيح على شرط مسلم وليس بصحيح على شرط البخارى لكون الرواة عنده ممن اجتمعت فيه الشروط المعتبرة ولم يثبت عند البخارى ذلك فيهم وعدد من احتجّ بهم مسلم في الصحيح 10 ولم يحتجّ بهم البخارى ستمائة وخمسة وعشرون شيخاً وروى عن مسلم ان كتابه اربعة الاف

generis librum praestantiorem inveniri contendit *Bokhârîco*. *Newewî* haec adjicit: *Moslim*, inquit, commendatione excellit egregia ob utilitatem sibi propria. Facilior enim est ad intelligendum, quatenus singulis traditionibus unum locum attribuit iis convenientem, quo varias earum vias collegit, quae ei prae ceteris placebant. Ibi etiam earum auctoritates multiplices et verba diversa affert, ut studiosus facile varias traditionis facies intelligere fructusque inde capere et fiduciam habere possit in omnibus 5 viis a *Moslimo* allatis collocatam, id quod in *Bokhârî* non cadat. *Mekki Ben Abdân* dixisse traditur: Audivi *Moslim* dicentem: „Si traditionarii ducentos annos traditiones scriberent, eorum opera circa hoc traditionum corpus (suum intelligit *Sahîh*) verteretur,“ et alio loco: Hoc traditionum corpus, inquit, e trecentis millibus traditionum auditarum composui. *Ibn-elsalâh* dicit: *Moslim* in *Sahîh* scribendo hanc sibi legem imposuit, ut traditiones continua auctoritatum serie ad prophetam eo referendae essent, quod viri fide digni eas viris fide dignis ab initio usque ad finem tradidissent, ut a quavis auctoritatis suspicione et anomalia immunes essent; quam esse dicit significationem verbi *Sahîh* sive traditionis sanae. Quot autem sunt traditiones sanae ex conditione *Moslimi*, quae insanae sunt ex lege a *Bokhârî* scripta, cum relatores, quos laudat, 10 ex eo genere sint, in quibus conditiones graviore conjunctae inveniuntur, id quod ex *Bokhârî* sententia de illis probari non potest. Numerus autem doctorum, quorum testimonio *Moslim* in *Sahîh* utitur, *Bokhârî* vero non utitur, sexcentos viginti quinque explet. *Moslim* ipse suum librum quatuor millia traditionum primitivarum repetitis

حديث اصول دون المكررات وبالمكررات سبعة الاف ومائتان وخمسة وسبعون حديثاً ثم ان مسلماً رتب كتابه على الابواب ولكنه لم يذكر تراجم الابواب وقد ترجم جماعة ابوابه وذكر مسلم في اول مقدمته صحيحه انه قسم الاحاديث ثلثة اقسام \bar{A} ما رواه الحفاظ المتقنون \bar{B} ما رواه المستورون المتوسطون في الحفظ والانتقان \bar{C} ما رواه الضعفاء المتروكون فاختلف العلماء في مراده بهذا التقسيم وقال ابن عساكر في الاشراف انه رتب كتابه على قسمين وقصد ان يذكر احاديث اهل الثقة والانتقان وفي الثاني احاديث اهل الستر والصدى الذين لم يبلغوا درجة المثبتين فحال حلول المنية بينه وبين هذه الامنية فبات قبل اتمام كتابه واستيعاب تراجمه وابوابه غير ان كتابه مع اعوازه اشتهر وسار عنه في الافاق وانتشر انتهى ولم يذكر القسم الثالث ثم ان جماعة من الحفاظ استدركوا على صحيح مسلم وصنفوا كتباً لان هؤلاء تأخروا عنه وادركوا الاسانيد العالية وفيهم من ادرك بعض شيوخ مسلم فخرجوا

exceptis continere dixisse traditur, his autem inclusis septem millia ducentas septuaginta quinque. *Moslim Sahih* quidem in capita disposuit, inscriptiones tamen capitum non habet; plures alii autem ejus capitibus titulos dederunt atque statim ab initio praefationis ille se traditiones in tres partes divisisse dicit — quas viri rei traditionariae apprime gnari, qui eas firmiter tenent, tradiderunt — quas ii retulerunt, qui incertae fidei et probitatis sunt, et in traditionibus memoria tenendis et certe cognoscendis medii fluctuantur — quas ii tradiderunt, qui sublestae fidei sunt et de vaniloquentia suspecti auctoritate carent. Viri docti autem quid haec sibi divisio velit dissentiunt, et *Ibn 5 Asakir* quidem in *El-Ishraf* haec habet: Divisit, inquit, librum in duas partes, in quarum altera traditiones a viris fide dignis et certae cognitionis relatas commemorare voluit, in altera autem traditiones a viris incertae quidem probitatis at sinceritatis haud expertibus laudatas, qui tamen gradum eorum non attigerunt, quibus ob certam cognitionem fides haberi posset. Intercessit autem fatum superveniens inter eum haecque vota et mortuus est, antequam librum absolvisset titulosque et capita plene descripsisset. Nihilominus liber, licet hoc defectu laboret, celebritatem consecutus illo contempto in terras abiit et circumlatus est. Haec ille. Attamen de tertia parte nullam facit mentionem. Deinde multi rei traditionariae gnari *Sahih Moslimi* supplere studuerunt librosque composuerunt. Hi enim post illum viventes auctoritates gradu 10 dignitatis superiores adsecuti sunt, inter quos sunt, qui nonnullos *Moslimi* doctores

احاديثه قال الشيخ ابو عمر وعده الكتب المخرجة ملائحة بصحيح مسلم في ان لها سمته الصحيح وان لم تلتحق به في خصائصه كلها ويستفاد من مخرجاتهم ثلاث فوائد علو الاسناد وزيادة قوة الحديث بكثرة طرقه وزيادة الفاظ صحيحة ومن هذه الكتب المخرجة على صحيح مسلم تخريج ابى جعفر احمد بن حمدان [بن على] النيسابورى المتوفى سنة ٣١١ وتخرىج ابى نصر محمد بن محمد الطوسى [الشافعى] المتوفى سنة ٣٤٤ والمسند الصحيح لابي بكر محمد 5 ابن محمد النيسابورى [الاسفرائىلى] الحافظ وهو متقدم يشارك مسلماً في اكثر شيوخه ومات سنة [٢٨٦] ومختصر المسند الصحيح على مسلم للحافظ ابى عوانة يعقوب بن اسحق الاسفرائىلى المتوفى سنة ٣٦١ روى فيه عن يونس بن عبد العالى وغيره من شيوخ مسلم وتخرىج ابى حامد احمد بن محمد الشاركى الفقيه الشافعى البصرى المتوفى سنة [٣٥٥] يروى عن ابى يعلى الموصلى والمسند الصحيح لابي بكر محمد بن عبد الله الجوزقى النيسابورى 10 الشافعى المتوفى سنة [٣٨٨] والمسند المستخرج على مسلم للحافظ ابى نعيم احمد بن

viderunt eorumque traditiones elicuerunt. Sheikh *Abu Omar*: Hi libri eliciti, inquit, se *Sahihho Moslimi* adjungunt, quatenus *Sahihhi* formam modumque imitantur, quamquam se ei ad peculiare ejus qualitates omnes non applicant. Tria autem ex illorum libris elicitis comparantur commoda, altior dignitatis auctoritatum gradus, vis traditionum multitudine viarum corroborata et verborum sanorum incrementum. Ejusmodi libros ad augendum *Moslimi Sahih* elicitos ediderunt *Abu Ja'far Ahmed Ben Hamdan* [*Ben Ali*] *Nisaburi*, anno 311 (inc. 21. Apr. 923) mortuus — *Abu 5 Nasr Mohammed Ben Mohammed Tusi* [Shafiita], anno 344 (inc. 27. Apr. 955) mortuus — *Hafiz Abu Bekr Mohammed Ben Mohammed Nisaburi* [*Isferaini*], anno [286 (inc. 17. Jan. 899)] mortuus, qui priore tempore vivens plures magistros habuit cum *Moslim* communes, et librum *El-Mosnad El-Sahih* inscripsit. — Epitomen hujus *Mosnad* ad *Moslimi* opus *Hafiz Abu Awana Yacub Ben Ishac Isferaini*, anno 316 (inc. 25. Febr. 928) mortuus, composuit, in qua *Yunos Ben Abd-el-ali* aliisque *Moslimi* magistris auctoribus usus est — porro *Abu Hamid Ahmed Ben Mohammed Sharihi Herewi* Jurisconsultus Shafiita, anno [355 (inc. 28. Dec. 965)] 10 mortuus, qui ex auctoritate *Abu Yalii Mausili* retulit — *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Jewzecki Nisaburi* Shafiita, anno [388 (inc. 3. Jan. 998)] mortuus, qui librum pariter *El-Mosnad El-Sahih* inscripsit — *Hafiz Abu Noeim Ahmed Ben*

